QUINTILIANO DE CALAHORRA

OBRA COMPLETA



En el XIX Centenario de su muerte

Edición Bilingüe:
Latín-Español



TOMO IV
Libros X-XII

Publicaciones Universidad Pontificia de Salamanca
Caja Duero

M. FABII QUINTILIANI

INSTITUTIONIS ORATORIAE

LIBRI XII

Pars quarta
Libros X-XII continens
Tomus IV

* * *

MARCO FABIO QUINTILIANO

SOBRE LA FORMACIÓN DEL ORADOR

DOCE LIBROS

Parte cuarta
Libros X-XII
Tomo IV

* * *

Traducción y comentarios:
Alfonso Ortega Carmona

En el XIX centenario de la muerte de Quintiliano
(años 96 - 1996)



PUBLICACIONES UNIVERSIDAD PONTIFICIA
SALAMANCA

Diseño de cubierta: Servicio de Publicaciones

Motivo de cubierta: Códice de «Institutionis Oratoriae L. XII».
de M. F. Quintiliano, que perteneció a Matías Corvino
(h. 1460) - Biblioteca Széchényi, Budapest.


Depósito Legal: S. 1.564-2000
I.S.B.N.: 84-7299-491-0 (tomo IV)
I.S.B.N.: 84-7299-444-9 (obra completa)

Imprenta KADMOS
Teléf.: 923 28 12 39
SALAMANCA, 2000

Pars quarta
Libros X-XII continens
Tomus IV

* * *

Parte cuarta
Libros X-XII
Tomo IV



LIBER DECIMUS

LIBRO DÉCIMO

I

1 Sed haec eloquendi praecepta, sicut cogitationi sunt necessaria, ita non satis ad vim dicendi valent, nisi illis firma quaedam facilitas, quae apud Graecos ἕξις nominatur, acceserit: ad quam scribendo plus an legendo an dicendo conferatur, solere quaeri scio. quod esset diligentius nobis examinandum [citra], si qualibet earum rerum possemus una esse contenti. 2 verum ita sunt inter se conexa et indiscreta omnia, ut, si quid ex his defuerit, frustra sit in ceteris laboratum. nam neque solida atque robusta fuerit unquam eloquentia, nisi multo stilo vires acceperit, et cifra lectionis exemplum labor ille carens rectore fluitabit, et qui sciet, quae quoque sint modo dicenda, nisi tamen in procinctu para-

Capítulo Primero

LA AFLUENCIA DE PALABRAS

Necesidad de una habitual facilidad de palabra.—Condiciones para ella: la escritura, la lectura y la práctica oral.—Ninguna de ellas basta separada de las otras.—La imitación de los buenos modelos.—No todo es digno de imitación, ni siquiera en ellos.—La utilidad de la lectura de poetas, de historiadores y de filósofos, según Teofrasto.—Observación sobre autores modernos.—Discusión acerca de antiguos y modernos, o su preferencia.—Virtudes literarias de los escritores griegos: a) *los poetas de la epopeya heroica;* b) *elegíacos;* c) *yámbicos;* d) *líricos;* e) *trágicos y cómicos.—Historiadores.—Oradores y filósofos.—Perspectivas de iguales escritores latinos.*

1 Pero estas normas de la expresión (libro 9), si bien son necesarias para la comprensión, no por ello tienen suficiente vigor para la eficacia del discurso, si no se les allega una constante facilidad, que entre los griegos se denomina *héxis* (hábito, cf. n.º 59). Si para adquirirla contribuye más la escritura, la lectura o el pronunciar discursos, es una cuestión que, según mi conocimiento, se suele plantear generalmente. Obligación nuestra sería examinar con mayor atención si podríamos darnos por satisfechos con una sola cualquiera de estas prácticas. **2** Pero de tal manera están entre sí unidas y todas tan inseparables, que si alguna de ellas faltare, vano sería el esfuerzo hecho en las demás. Porque jamás habría existido una elocuencia sólida y vigorosa, si no hubiese recibido fuerzas de un intenso ejercicio de escribir; y sin el modelo, que suministra la lectura, aquel esfuerzo quedará vago sin consistencia, por carecer de guía, y quien supiere qué decir y de

tamque ad omnis casus habuerit eloquentiam, velut clausis thesauris incubabit. **3** non autem ut quidquid praecipue necessarium est, sic ad efficiendum oratorem maximi protinus erit momenti. nam certe, cum sit in eloquendo positum oratoris officium, dicere ante omnia est, atque hinc initium eius artis fuisse manifestum est, proximam deinde imitationem, novissimam scribendi quoque diligentiam. **4** sed ut perveniri ad summa nisi ex principiis non potest, ita procedente iam opere minima incipiunt esse quae prima sunt. verum nos non, quomodo sit instituendus orator, hoc loco dicimus (nam id quidem aut satis aut certe uti potuimus dictum est), sed athleta, qui omnis iam perdidicerit a praeceptore numeros, quo genere exercitationis ad certamina praeparandus sit. igitur eum, qui res invenire et disponere sciet, verba quoque et eligendi et conlocandi rationem perceperit, instruamus, qua in ratione quod didicerit facere quam optime, quam facillime possit.

5 Num ergo dubium est, quin ei velut opes sint quaedam parandae, quibus uti, ubique cumque desideratum erit, possit? hae constant ex copia rerum ac verborum. **6** sed sed res propiae sunt cuiusque causae aut paucis communes, verba in universas paranda: quae si [in] rebus singulis essent singula, minorem curam postularent: nan cuncta sese cum ipsis protinus rebus offerrent. sed cum sint aliis alia aut magis propria aut magis ornata aut plus efficientia aut melius sonantia, debent esse non solum nota omnia, sed in promptu atque, ut ita dicam, in conspectu, ut cum se iudicio dicentis ostenderint, facilis ex his optimorum sit electio. **7** et quae idem significarent video solitos ediscere, quo facilius et occurreret unum ex pluribus, et, cum essent usi aliquo, si breve intra spatium rursus desideraretur, effugiendae repetitionis gratia sumerent aliud, quod idem intellegi posset. quod cum est puerile et cuiusdam infelicis operae, tum etiam utile parum: turbam enim tantum modo congregat, ex qua sine discrimine occupet proximum quodque.

qué modo se ha de decir cada cosa, si no tuviere, al cabo, una elocuencia pronta a la réplica y dispuesta para toda suerte de eventualidades, será como alguien que está montando guardia sobre tesoros para él cerrados. **3** Pero no todo aquello, que es especialmente necesario, será por eso de suma importancia para formar un orador. Porque, como la tarea del orador consiste en la capacidad de expresarse en un hablar fluido, en todo caso este hablar precede a todo lo demás, y es cosa manifiesta que de aquí ha surgido el principio de esta arte; después, como algo inmediato, la imitación de modelos, por último también el cuidado de la elaboración escrita. **4** Pero como no se puede llegar a la cumbre de la perfección sino a través de los principios, así mismo, al avanzar ya nuestra obra, comienza a ser de poquísima importancia lo que estaba en primer lugar. Realmente no tratamos en este lugar de qué modo haya de formarse el orador (pues sobre ésto se ha hablado, o suficientemente, o al menos según he podido), sino como el atleta, que ya aprendió perfectamente de su maestro todo el catálogo de llaves, con qué género de entrenamiento se ha de preparar para las competiciones. Así pues, al joven orador, que supiere ya encontrar y disponer la materia del discurso, haber comprendido también la doctrina sobre la selección y colocación de las palabras, instruyámosle con qué procedimiento pueda, de la mejor y más fácil manera imaginable, desarrollar lo que hubiere aprendido.

5 ¿Cabe, por tanto, duda alguna de que él ha de proveerse de ciertos recursos, de los que pueda servirse, doquiera y siempre que se presente necesario? Estos recursos consisten en la plenitud de conocimientos objetivos y en la afluencia de palabras. **6** Pero los datos objetivos son propios de cada caso individual o comunes a unos pocos, las palabras hay que procurárselas al servicio de todos ellos. Si para cada uno de los datos objetivos existieren respectivamente palabras singulares, exigirían éstas menor cuidado. Pues todas ellas se ofrecerían de inmediato al par de los mismos hechos. Pero al ser unas, o más propias o de más adorno, o más eficaces o con mucho más melodiosas que otras, no sólo deben ser conocidas todas ellas, sino estar a pronta disposición y, por así decirlo, ante los ojos para que, cuando se presenten al discernimiento de quien está pronunciando el discurso, sea fácil la elección de las mejores entre ellas. **7** También veo que hay quienes se han acostumbrado a aprender de memoria palabras, que tienen un mismo significado, para que con más

8 Nobis autem copia cum iudicio paranda est, vim orandi, non circulatoriam volubilitatem spectantibus. id autem consequimur optima legendo atque audiendo: non enim solum nomina ipsa rerum cognoscemus hac cura, sed quod quoque loci sit aptissimum. **9** omnibus enim fere verbis praeter pauca, quae sunt parum verecunda, in oratione locus est. nam scriptores quidem iamborum veterisque comoediae etiam in illis saepe laudantur, sed nobis nostrum opus intueri sat est. omnia verba, exceptis de quibus dixi, sunt alicubi optima: nam et humilibus interim et vulgaribus est opus, et quae nitidiore in parte videntur sordida, ubi res poscit, proprie dicuntur. **10** haec ut sciamus atque eorum non sinificationem modo, sed formas etiam mensurasque norimus, ut, ubicumque erunt posita, conveniant, nisi multa lectione atque auditione adsequi nullo modo possumus, cum omnem sermonem auribus primum accipiamus. propter quod infantes a mutis nutricibus iussu regum in silitudine educati, etiam si verba quaedam emisisse traduntur, tamen loquendi facultate caruerunt. **11** sunt autem alia huius naturae, ut idem pluribus vocibus declarent, ita ut nihil significationis, quo potius utaris, intersit, ut 'ensis' et 'gladius', alia quae, etiam si propria rerum aliquarum sint nomina, τροπικῶς a sua re tamen ad eun-

facilidad les venga al pensamiento tanto esa *única* entre muchas, como cuando al haber hecho uso de una, si de nuevo fuese necesaria dentro de un breve espacio de tiempo, para evitar su repetición emplear otra, con la que pueda darse a entender el mismo sentido. Cosa es ésta tan pueril y propia de un esfuerzo infructuoso como también de utilidad escasa; pues solamente se amontona una confusa mezcla de palabras, de la cual se toma sin selección cualquiera que inmediatamente acuda.

8 Mas nosotros, que atentamente consideramos la fuerza expresiva del discurso, no la versátil facilidad de los charlatanes, hemos de procurarnos abundancia de palabras con discernimiento. Y lo conseguimos leyendo y escuchando los textos mejores; pues con este esfuerzo no sólo aprendemos las designaciones en sí objetivas de las cosas, sino también cuál es el lugar más apropiado para ellas. **9** Porque para casi todas las palabras, a excepción de unas cuantas, que son poco decorosas, hay un lugar en el discurso. Porque ciertamente los escritores de la Poesía Yámbica y los autores de la Antigua Comedia (cf. n.º 59) hasta cosechan muchas veces alabanza en tales palabras; pero a nosotros nos basta poner ante nuestros ojos lo que es nuestra tarea. Todas las palabras, con excepción de las que he dicho, son en algún lugar las mejores; porque también es preciso a veces hacer uso de las bajas y vulgares, y las que en un pasaje de más brillantez parecen de baja extracción, se tienen como expresiones propias, cuando la realidad lo exige. **10** Que las sepamos y no sólo conozcamos su significado, sino también sus formas y medición de sílabas, para que sean convenientes en cualquier parte que se las ponga, no podemos conseguirlo de ningún modo si no es por medio de la intensa lectura y de la audición, ya que aprendemos toda la lengua primeramente a través de los oídos. Por esta razón los niños, que por mandato de los reyes fueron criados en el desierto por nodrizas mudas, aunque, según se cuenta (cf. Herodoto, 2, 2), pudieron pronunciar algunas palabras, carecieron, sin embargo, de la capacidad de hablar. **11** Pero hay también otras palabras cuya propia naturaleza consiste en decir de tal manera una misma cosa con expresiones diversas, que no hay diferencia alguna en su significado, por lo que puedas preferir una de ellas, por ejemplo, *ensis* y *gladius* (espada); hay otras que, aunque sean denominaciones propias de algunas cosas, no obstante, por su empleo en forma de tropo (cf. Libro 8, cap. 6) se pueden llevar de su propia designa-

dem intellectum ferentur, ut 'ferrum' et 'mucro'. **12** nam per abusionem sicarios etiam omnis vocamus, qui caedem telo quocumque commiserunt. alia circuitu verborum plurium ostendimus, quale est 'et pressi copia lactis'. plurima vero mutatione figurarum: scio 'non ignoro' et 'non me fugit' et 'non me praeterit' et 'quis nescit?' et 'nemini dubium est'. **13** sed etiam ex proximo mutuari libet. nam et 'intellego' et 'sentio' et 'video' saepe idem valent quod 'scio'. quorum nobis ubertatem ac divitias dabit lectio, ut non solum quo modo occurrent, sed etiam quo modo oportet utamur. **14** non semper enim haec inter se idem faciunt, nec sicut de intellectu animi recte dixerim 'video', ita de visu oculorum 'intellego', nec ut 'mucro' gladium, sic mucronem 'gladius' ostendit. **15** sed ut copia verborum sic paratur, ita non verborum tantum gratia legendum vel audiendum est. nam omnium, quaecumque docemus, hoc sunt exempla potentiora etiam ipsis quae traduntur artibus (cum eo qui discit perductus est, ut intellegere ea sine demonstrante et sequi iam suis viribus possit), quia, quae doctor praecepit, orator ostendit.

16 Alia vero audientis, alia legentis magis adiuvant. excitat qui dicit spiritu ipso, nec imagine ambigua rerum, sed rebus incendit. vivunt omnia enim et moventur, excipimusque nova illa velut nascentia cum favore ac sollicitudine. nec fortuna modo iudicii, sed etiam ipsorum qui orant periculo adficimur. **17** praeter haec vox, actio decora, commodata, ut quisque locus

ción objetiva a un sentido que significa lo mismo, como *ferrum* (hierro) y *mucro* (punta). **12** Porque por *abuso* (catacresis) llamamos también *sicarios* —asesinos de puñal— a todos los que han cometido un asesinato con cualquier clase de arma. Otras las mostramos con toda claridad por medio de un rodeo de muchas palabras, cual es *et pressi copia lactis* (y abundancia de leche prensada, abundancia de *queso,* Virgilio, *Egl.* 1, 81). Y otras muchísimas obtenemos cuando intercambiamos las figuras del lenguaje, como *yo sé* por *no ignoro,* y *no se me escapa* por *no se me pasa,* y *quién no sabe* por *nadie tiene duda* (cf. Libro 9, 1, 11). **13** Pero también cabe tomar en préstamo de un significado cercanísimo. Porque *entiendo, siento* y *veo* tienen muchas veces la misma significación que decir *yo sé.* Cuya fecunda afluencia y riquezas nos regalará la lectura, de tal suerte que no sólo las usemos cuando se nos ocurrieren, sino también cuando debe ser. **14** Pues no siempre se comportan entre sí de la misma manera estas expresiones, ni como he dicho correctamente 'video' *yo veo,* al hablar del entendimiento, se podrá igualmente decir *entiendo —intellego—* al referirme al órgano visual de los ojos; ni porque *mucro* (punta) da a entender *gladius* (espada), significa así también *gladius* una *punta (mucro).* **15** Pero por el hecho de que de esta manera se obtiene la abundancia de palabras, no por eso se ha de cultivar así la lectura y la escucha solamente por amor al atesoramiento de palabras. Pues de todas las materias, cualesquiera sea la cosa que enseñamos, hay por esto ejemplos con más fuerza expresiva que hasta las mismas cosas, que se nos trasmiten en los libros manuales (cuando el alumno que aprende es conducido hasta el punto en que puede entender estas cosas sin alguien que se las explique y continuar ya por sus propias fuerzas); porque lo que el maestro ha dado como reglas, lo hace ver el orador.

16 Pero unas cosas prestan más ayuda a los que escuchan un discurso, otras a los que hacen su propia lectura. Impresiona por el mismo aliento de su espíritu quien pronuncia un discurso, y no por medio de la grabación de las cosas (en un escrito), sino por medio de las cosas (de las que directamente habla). Pues todas las cosas tienen su vida y se mueven, y recibimos como nuevo aquellas cosas —que el orador presenta— con gozo y tenso cuidado, como si estuvieran naciendo. Y no sólo nos sentimos afectados por la incertidumbre propia de un juicio procesal, sino también por el riesgo de los mismos que pronuncian el discurso (de acusación o defensa). **17** Además de esto, el timbre

postulabit, pronuntiandi vel potentissima in dicendo ratio et, ut semel dicam, pariter omnia docent. in lectione certius iudicium, quod audienti frequenter aut suus cuique favor aut ille laudantium clamor extorquet. **18** pudet enim dissentire, et velut tacita quadam verecundia inhibemur plus nobis credere, cum interim et vitiosa pluribus placent, et a conrogatis laudantur etiam quae non placent. **19** sed e contrario quoque accidit, ut optime dictis gratiam prava iudicia non referant. lectio libera est nec actionis impetu transcurrit, sed repetere saepius licet, sive dubites sive memoriae penitus adfigere velis. repetamus autem et tractemus et, ut cibos mansos ac prope liquefactos demittimus, quo facilius digerantur, ita lectio non cruda, sed multa iteratione mollita et velut confecta memoriae imitationique tradatur.

20 Ac diu non nisi optimus quisque et qui credentem sibi minime fallat legendus est, sed diligenter ac paene ad scribendi sollicitudinem nec per partes modo scrutanda omnia, sed perlectus liber utique ex integro resumendus, praecipueque oratio, cuius virtutes frequenter ex industria quoque occultantur. **21** saepe enim praeparat, dissimulat, insidiatur orator, eaque in prima parte actionis dicit, quae sunt in summa profutura. itaque suo loco minus placent, adhuc nobis quare dicta sint ignorantibus, ideoque erunt cognitis omnibus repetenda. **22** illud vero utilissimum, nosse eas causas, quarum orationes in manus sumpserimus, et

de voz, la actitud bella, acomodada a la expresión, como cada lugar exigiere, el género de ademanes y gestos, que es lo de más poderosa eficacia en el discurso público y, para decirlo de una vez, todo esto es igualmente instructivo. En la lectura es más seguro el juicio, que al oyente frecuentemente le arranca o la personal preferencia, que cada uno tiene, o aquel clamoroso aplauso de los elogiadores. **18** Pues se avergüenza uno de mostrar su contrario sentir, y como por una cierta callada timidez nos vemos impedidos a confiar más en nuestro propio juicio, cuando a veces hasta las cosas defectuosas son del gusto de la mayoría, y los oyentes, que para ello han sido pagados, alaban también cosas que son desagradables. **19** Pero al contrario sucede también, que los gustos depravados no dispensan reconocimiento a pensamientos muy bien expresados. La lectura es independiente y no transcurre con la fogosidad del discurso vivo, sino que se puede repetir muchas veces, o bien sea que se te presenten dudas o bien quieras grabar profundamente en la memoria. Pero volvamos a lo leído y experimentémoslo de nuevo, y así como masticamos los alimentos y los tragamos casi reducidos a líquido, para que con mayor facilidad sean digeridos, así pase la lectura a la memoria y a nuestra reserva de modelos imitables, no cruda, sino ablandada en la repetición insistente y como triturada.

20 Y por largo tiempo no se ha de leer sino la obra más excelente y a quien de ninguna manera conduzca a error a la persona, que a él se haya confiado; pero con todo cuidado y casi a modo de la escrupulosidad que se pone para escribir, y no sólo se ha de investigar todo parte por parte, sino que, una vez leído el libro, sin excepción alguna hay que volver a ocuparse en ello por entero, y sobre todo cuando se trata de un discurso, cuyas excelencias con frecuencia se ocultan intencionadamente. **21** Porque muchas veces el orador las dispone de antemano, las disimula, pone una trampa, y dice en la primera parte del discurso lo que mostrará toda su utilidad en la última. Así pues, gustan menos esas cosas, puestas en su lugar propio, ya que ignoramos todavía por qué se han dicho, y por eso, después de haber conocido todos sus pormenores, hay que volver a una nueva lectura. **22** Pero lo que procura la mayor utilidad es el tener conocimiento de esos casos procesales, cuyos discursos hemos tomado en nuestras manos, y cuantas veces tuviéremos esta suerte, leer los discursos pronunciados de una

quotiens continget, utrimque habitas legere actiones: ut Demosthenis et Aeschinis inter se contrarias, et Servi Sulpici atque Messalae, quorum alter pro Aufidia, contra dixit alter, et Pollionis et Cassi reo Asprenate aliasque plurimas. **23** quin etiam si minus pares videbuntur aliquae, tamen ad cognoscendam litium quaestionem recte requirentur, ut contra Ciceronis orationes Tuberonis in Ligarium et Hortensi pro Verre. quid? etiam easdem causas ut quisque egerit utile erit scire. nam de domo Ciceronis dixit Calidius et pro Milone orationem Brutus exercitationis gratia scripsit, etiam si egisse eum Cornelius Celsus falso existimat. **24** et Pollio et Messala defenderunt eosdem, et nobis pueris insignes pro Voluseno Catulo Domiti Afri, Crispi Passieni, Decimi Laeli orationes ferebantur. neque id statim legenti persuasum sit, omnia, quae auctores dixerint, utique esse perfecta. nam et labuntur aliquando et oneri cedunt et indulgent ingeniorum suorum voluptati, nec semper intendunt animum, nonnumquam fatigantur, cum Ciceroni dormitare interim Demosthenes, Horatio vero etiam Homerus ipse videatur. **25** summi enim sunt, homines tamen, acciditque his, qui, quidquid apud illos reppererunt, dicendi legem putant, ut deteriora imitentur (id enim est facilius) ac se abunde similes putent, si vitia magnorum consequantur. **26** modesto tamen et circumspecto iudicio de tantis viris pronuntiandum est, ne, quod plerisque accidit, damnent quae non intellegunt. ac si necesse est in alteram errare partem, omnia eorum legentibus placere quam multa displicere maluerim.

27 Plurimum dicit oratori conferre Theophrastus lectionem poetarum multique eius iudicium sequuntur, neque inmerito.

y otra parte, por ejemplo: los discursos de Demóstenes y de Esquines y sus réplicas contrarias (sólo se conoce el de Demóstenes, «Sobre la corona»), los de Servio Sulpicio (Cónsul con Marco Marcelo) y los de Mesala (orador y cónsul, contemporáneo de Cicerón), uno de los cuales habló en defensa de Aufidia (del tiempo de Augusto y Tiberio, Plinio el Joven, *Ep.* III, 5) y el segundo en su contra, y los de Polión y de Casio, siendo el acusado Asprenates (amigo de Augusto, cf. Suetonio, *Aug.* 43 y 56), y otros numerosísimos ejemplos. **23** Y hasta si algunos de ellos no parecieren de igual rango, se los investigará, sin embargo, con utilidad para conocer el punto cuestionable de los pleitos, como contra los de Cicerón los discursos de Tuberón en su acusación a Ligario y los de Hortensio en defensa de Verres. ¿Qué más cabe decir? Que también será útil saber cómo cada uno de los oradores haya enfocado las mismas causas procesales. Pues *sobre la casa de Cicerón* habló también Calidio, y en defensa de Milón escribió Bruto un discurso con el fin de ejercitarse, aunque Cornelio Celso opina falsamente que también lo pronunció (cf. *Fragm. Rhet.* 21, ed. Marx). **24** También Polión y Mesala defendieron a las mismas personas, y cuando yo era un adolescente se tenían por discursos insignes los de Domicio Afro, Crispo Pasieno y Décimo Lelio en defensa de Voluseno Cátulo. Y un lector no debe al punto persuadirse de que todo lo que hayan dicho los autores es absolutamente perfecto. Porque alguna vez cometen deslices, se retiran ante una pesada tarea, y se entregan al gusto de sus propios talentos, ni siempre concentran su atención, a veces se sienten sin aliento, cuando al parecer de Cicerón dormita a veces Demóstenes y, según Horacio, hasta el mismo Homero (*Fragm. Ep.* IX A 4; Horacio, A.p. 359). **25** Son éstos realmente los mejores, pero son hombres; y a los lectores, que tienen como ley del hablar todo cuanto encontraron en ellos, les sucede que imitan lo peor (porque esto es más fácil) y se consideran muy semejantes, si adquieren los defectos de los grandes autores. **26** Sin embargo, con juicio moderado y prudente hemos de pronunciarnos sobre hombres tan importantes, para no condenar, como ocurre a la mayoría, lo que no entienden. Y si es inevitable equivocarse en uno de los dos sentidos, yo prefiero que gusten a los lectores todas las obras de estos autores a que les desagraden muchos de sus pasajes.

27 El mayor beneficio para el orador, asevera Teofrasto (*Fragm.* 20, ed. Schmidt), lo proporciona *la lectura de los poetas,* y

namque ab his in rebus spiritus et in verbis sublimitas et in adfectibus motus omnis et in personis decor petitur, praecipueque velut attrita cotidiano actu forensi ingenia optime rerum talium blanditia reparantur, ideoque in hac lectione Cicero requiescendum putat. **28** meminerimus tamen, non per omnia poetas esse oratori sequendos nec libertate verborum nec licentia figurarum: genus ostentationi comparatum et praeter id, quod solam petit voluptatem eamque fingendo non falsa modo, sed etiam quaedam incredibilia sectatur, patrocinio quoque aliquo iuvari: **29** quod alligata ad certam pedum necessitatem non semper uti propriis possit, sed depulsa recta via necessario ad eloquendi quaedam deverticula confugiat, nec mutare quaedam modo verba, sed extendere, corripere, convertere, dividere cogatur: nos vero armatos stare in acie et summis de rebus decernere et ad victoriam niti. **30** neque ego arma squalere situ ac rubigine velim, sed fulgorem in iis esse qui terreat, qualis est ferri, quo mens simul visusque praestringitur, non qualis auri argentique, inbellis et potius habenti periculosus.

31 Historia quoque alere oratorem quodam uberi iocundoque suco potest. verum et ipsa sic est legenda, ut sciamus, plerasque eius virtutes oratori esse vitandas. est enim proxima poetis et quodam modo carmen solutum est et scribitur ad narrandum, non ad probandum, totumque opus non ad actum rei pugnamque praesentem, sed ad memoriam posteritatis et ingenii famam componitur: ideoque et verbis remotioribus et liberioribus figuris narrandi taedium evitat. **32** itaque, ut dixi, neque illa Sallustiana

muchos siguen su criterio, y no sin razón. Porque de éstos se saca el aliento del espíritu en expresar la realidad y la sublimidad en las palabras, toda suerte de emociones en los sentimientos y la dignidad en la presentación de las personas, y sobre todo las fuerzas de la mente, a fuer de machacadas por la diaria actividad forense, se refrescan extraordinariamente con el encanto de tales obras poéticas. Y por eso piensa Cicerón que se debe encontrar sosiego en esta lectura (cf. *Pro Archia poeta*, 6, 12). **28** Debemos, sin embargo, tener presente que no en todas las cosas ha de seguir el orador a los poetas, ni en la libertad del uso de palabras ni en la osadía del empleo de figuras (de expresión y pensamiento); que en cuanto tal género la poesía se ha creado para la representación intensa, y prescindiendo de que su finalidad es sólo el contento, y al reproducirlo no sólo inventa cosas irreales, sino hasta algunas increíbles, también es favorecida por un especial amparo, a saber: **29** porque, vinculada a la estricta obligación de los *pies métricos*, no siempre puede utilizar las expresiones propias de las cosas, sino que, alejada del camino recto, por necesidad busca refugio en ciertos apartados senderos del lenguaje, y se ve forzada no sólo a cambiar algunas palabras, sino también alargarlas, abreviarlas, desplazarlas de su lugar, dividirlas. Pero nosotros hemos de estar armados, de pie en el frente de batalla, tomar decisiones en los más arduos asuntos y esforzarnos en lograr la victoria. **30** Ni quisiera yo que nuestras armas se cubran de moho y herrumbre, sino que haya en ellas un fulgor que espante, como el brillo de una espada, por el cual queda ofuscado el espíritu y la vista, no como el resplandor del oro y de la plata, sin fuerzas para la pelea y más bien peligroso a quien los tiene.

31 También la *Historia* puede nutrir al orador con un cierto jugo denso y delicioso. Pero también hay que hacer su lectura de modo que seamos conscientes que el orador debe evitar la mayor parte de sus más nobles particularidades. Pues es la más cercana a los poetas, y en cierta manera es un poema sin la forma vinculante del verso; y es escrita para narrar, no para demostrar, y obra es por entero compuesta no para impulso de una acción y para un actual acontecimiento de lucha, sino para la memoria de la posteridad y para la fama del narrador con talento. Y por eso evita el hastío de la narración por medio de expresiones más alejadas —del lenguaje corriente— y por medio de las más libres figuras de la elocución. **32** Así pues, como dije (cf. Libro 4, 2, 45), ante

brevitas, qua nihil apud aures vacuas atque eruditas potest esse perfectius, apud occupatum variis cogitationibus iudicem et saepius ineruditum captanda nobis est, neque illa Livi lactea ubertas satis docebit eum, qui non speciem expositionis, sed fidem quaerit. **33** adde quod M. Tullius ne Thucydiden quidem aut Xenophontem utiles oratori putat, quamquam illum 'bellicum canere', huius ore 'Musas esse locutas' existimet. licet tamen nobis in digressionibus uti vel historico nonnumquam nitore, dum in his, de quibus erit quaestio, meminerimus, non athletarum toris, sed militum lacertis <opus> esse, nec versicolorem illam, qua Demetrius Phalereus dicebatur uti, vestem bene ad forensem pulverem facere. **34** est et alius ex historiis usus et is quidem maximus, sed non ad praesentem pertinens locum, ex cognitione rerum exemplorumque, quibus in primis instructus esse debet orator, nec omnia testimonia expectet a litigatore, sed pleraque ex vetustate diligenter sibi cognita sumat, hoc potentiora, quod ea sola criminibus odii et gratia vacant.

35 A philosophorum vero lectione ut essent multa nobis petenda, vitio factum est oratorum, qui quidem illis optima sui operis parte cessere. nam et de iustis, honestis, utilibus iisque quae sint istis contraria, et de rebus divinis maxime dicunt et argumentantur acriter, et altercationibus atque interrogationibus oratorem futurum optime Socratici praeparant. **36** sed his quoque adhibendum est simile iudicium, ut etiam cum in rebus versemur isdem, non tamen eandem esse condicionem sciamus litium ac disputationum, fori et auditori, praeceptorum et periculorum.

37 Credo exacturos plerosque, cum tantum esse utilitatis in legendo iudicemus, ut id quoque adiungamus operi, qui sint <legendi>, quae in auctore quoque praecipua virtus. sed perse-

un juez atareado con tal cúmulo de pensamientos diversos y con harta frecuencia sin cultura, ni debemos procurarnos la famosa brevedad de Salustio, a la que nada puede superar en perfección para oídos desocupados y eruditos, ni aquel torrente como de leche en la narración de Livio instruirá suficientemente a un hombre, que no busca la brillantez de la exposición, sino la credibilidad. **33** Añádase a esto que, según piensa Marco Tulio, ni siquiera Tucídides o Jenofonte son útiles al orador, aunque del primero valore que *suena a clarín de guerra,* y que por boca de este otro hablaron las Musas. Con todo, nos está permitido aplicar alguna vez en las digresiones la espléndida magnificencia del historiador, con tal que tengamos en mientes que en esos lugares, sobre los que versará nuestra investigación, no necesitamos abultados músculos de atletas, sino de robustos brazos de soldados, y que el famoso vestido irisado de colores, del que se decía revestirse Demetrio de Fálero (puerto de Atenas), no iba bien para el polvo del foro. **34** Hay también otro aspecto útil sacado de las obras históricas y éste es ciertamente el mayor, pero que no pertenece a este presente lugar: la utilidad proveniente del conocimiento de hechos reales y de los ejemplos, de los que debe especialmente pertrecharse el orador; y no esté a la expectativa de todos los testimonios, que le presente quien pone el pleito, sino que los asuma en su mayor parte de su exacto conocimiento del tiempo pasado, ya que por esto son los más eficaces, porque sólo éstos están libres de las imputaciones de odiosidad y agradecido favoritismo.

35 Pero a que hayamos de obtener mucho de la lectura de los *filósofos,* se ha venido a parar por culpa de los oradores, que les dejaron por cierto campo libre en la parte más noble de la propia tarea. Porque tanto acerca de lo justo, de lo honroso, de lo útil, como de sus conceptos contrarios, y de las ideas sobre lo divino, hablan especialmente los filósofos y ofrecen argumentos profundos, y por medio de debates y preguntas preparan eficacísimamente los discípulos de Sócrates al orador futuro. **36** Pero aun en esto se ha de aplicar parecido juicio crítico, de suerte que, cuando nos ejercitemos en unos mismos temas, seamos conscientes, sin embargo, que no es igual la naturaleza de los procesos judiciales y la de las controversias filosóficas, del Foro y del Aula, de las normas para la vida y de sus peligros.

37 Puesto que reconocemos existir tamaña utilidad en la lectura, creo que la mayoría de los lectores sentirá la apremiante exigencia de que añadamos también a nuestra obra qué autores

qui singulos infiniti fuerit operis. **38** quippe cum in Bruto M. Tullius tot milibus versuum de Romanis tantum oratoribus loquatur et tamen de omnibus aetatis suae, qui quidem tum vivebant, exceptis Caesare atque Marcello, silentium egerit: quis erit modus, si et illos et qui postea fuerunt et Graecos omnis et philosophos? **39** fuit igitur brevitas illa tutissima, quae est apud Livium in epistula ad filium scripta, 'legendos Demosthenen atque Ciceronem, tum ita, ut quisque esset Demostheni et Ciceroni simillimus'. **40** non est dissimulanda nostri quoque iudicii summa. paucos enim vel potius vix ullum ex his, qui vetustatem pertulerunt, existimo posse reperiri, quin iudicium adhibentibus adlaturus sit utilitatis aliquid, cum se Cicero ab illis quoque vetustissimis auctoribus, ingeniosis quidem, sed arte carentibus, plurimum fateatur adiutum. **41** nec multo aliud de novis sentio: quotus enim quisque inveniri tam demens potest, qui ne minima quidem alicuius certe fiducia partis memoriam posteritatis speraverit? qui si quis est, intra primos statim versus deprehendetur et citius nos dimittet, quam ut eius nobis magno temporis detrimento constet experimentum. **42** sed non quidquid ad aliquam partem scientiae pertinet, protinus ad faciendam etiam phrasin, de qua loquimur, accommodatum.

Verum antequam de singulis loquar, pauca in universum de varietate opinionum dicenda sunt. **43** nam quidam solos veteres legendos putant neque in ullis aliis esse naturalem eloquentiam et robur viris dignum arbitrantur, alios recens haec lascivia deliciaeque et omnia ad voluptatem multitudinis imperitae composita delectant. **44** ipsorum etiam, qui rectum dicendi genus sequi volunt, alii pressa demum et tenuia et quae minimum ab usu

deben ser leídos y cuál es en cada uno de ellos su principal excelencia. Pero el recorrerlos uno por uno me habría sido una obra interminable. **38** Porque si Marco Tulio, en tantos miles de líneas de su *Brutus,* habla solamente de los oradores romanos, y pasó, sin embargo, en silencio a todos los oradores de su tiempo, a los que entonces precisamente vivían, a excepción de César y Marcelo, ¿cuál será el límite, si hay que incorporar también a aquéllos y a los que después existieron, y a todos los autores griegos, incluidos los filósofos? **39** Por tanto, la norma breve más segura ha sido aquella que Livio dejó escrita en una carta a su hijo: *Los autores que se deben leer son Demóstenes y Cicerón* (texto perdido), añadamos después todo aquel que más se parezca a Demóstenes y Cicerón. **40** Tampoco debo ocultar aquí qué es lo decisivo para mi modo de juzgar. Pues, según mi estimación, cabe encontrar pocos, o mejor apenas alguno, de los que han sobrevivido a la antigüedad, que no ofrezcan alguna utilidad a quienes los lean juiciosamente, puesto que el mismo Cicerón confiesa haber recibido también importantísima ayuda de aquellos antiquísimos autores, de talento por cierto, pero carentes del arte de escribir (cf. Diálogo *Brutus).* **41** Y no es muy diferente mi modo de sentir acerca de los modernos. Porque ¿cuántas veces podrá hallarse esa persona tan mentecata, que ni siquiera con la más leve confianza, al menos de alguna parte de su obra, haya dejado de esperar a ser recordado en la posteridad? Pero, si hay alguna, pronto se le descubrirá en las primeras líneas, y permitirá alejarnos de él mucho antes de que se nos haga patente una muestra suya con gran pérdida de tiempo. **42** Pero no todo lo que pertenece a alguna parcela de la ciencia es inmediatamente adecuado para formar también el modo de expresión de la que estamos hablando.

Mas antes de hablar de cada uno de los autores en particular, debemos hacer en general unas pocas observaciones sobre la variedad de opiniones que hay sobre ellos. **43** Pues piensan algunos tratadistas que sólo se debe leer a los antiguos, y juzgan que en ninguno de los otros autores se halla el don natural de la elocuencia y la original energía digna de los hombres; a otros proporciona placer esta falta de mesura, ahora de moda y la abundancia de afectados melindres, y todo cuanto se compone para dar gusto a una multitud ignorante. **44** También entre aquellos, que quieren seguir el modo y estilo correcto de hablar, unos tienen por auténtico y verdaderamente *ático* sólo la expresión concisa y sencilla y que se aparta lo menos posible del lenguaje corriente, mientras a

cotidiano recedant, sana et vere Attica putant, quosdam elatior ingenii vis et magis concitata et plena spiritus capit, sunt etiam levis et nitidi et compositi generis non pauci amatores. de qua differentia disseram diligentius, cum de genere dicendi quaerendum erit: interim summatim, quid et a qua lectione petere possint, qui confirmare facultatem dicendi volent, attingam: **45** paucos (sunt enim eminentissimi) excerpere in animo est. facile est autem studiosis, qui sint his simillimi, iudicare, ne quisquam queratur, omissos forte aliquos <quos>, ipse valde probet: fateor enim pluris legendos esse quam qui a me nominabuntur. sed nunc genera ipsa lectionum, quae praecipue convenire intendentibus, ut oratores fiant, existimem, persequor.

46 Igitur, ut Aratus ab Iove incipiendum putat, ita nos rite coepturi ab Homero videmur. hic enim, quem ad modum ex Oceano dicit ipse amnium fontiumque cursus initium capere, omnibus eloquentiae partibus exemplum et ortum dedit. hunc nemo in magnis rebus sublimitate, in parvis proprietate superaverit. idem laetus ac pressus, iucundus et gravis, tum copia tum brevitate mirabilis, nec poetica modo, sed oratoria virtute eminentissimus. **47** nam ut de laudibus, exhortationibus, consolationibus taceam, nonne vel nonus liber, quo missa ad Achillem legatio continetur, vel in primo inter duces illa contentio vel dictae in secundo sententiae omnis litium ac consiliorum explicant artes? **48** adfectus quidem vel illos mites vel hos concitatos nemo erit tam indoctus, qui non in sua potestate hunc auctorem habuisse fateatur. age vero, non utriusque operis sui ingressu in paucissimis versibus legem prooemiorum non dico servavit, sed

otros cautiva una connatural potencia de lenguaje más elevado, y con más viveza y entusiasmo. También hay no pocos amantes del estilo terso, brillante y equilibrado. Sobre esta diferencia trataré más detenidamente cuando haya de plantearnos la cuestión sobre las clases de estilo (cf. Libro 12, 10, 63...). Entretanto tocaré a grandes rasgos qué pueden conseguir, y de qué lectura, los que quieran fortalecer su capacidad expresiva. **45** En mi ánimo está presentar la selección de unos pocos autores —y son precisamente los más sobresalientes—. Fácil cosa es, por otra parte, a quienes están dedicados a esta tarea, el discernir qué escritores son los más semejantes a éstos, para que nadie se queje de que no se haga precisamente mención de algunos que él considere muy buenos. Pues confieso que se han de leer muchos más de los que indicaré con sus nombres. Mas ahora quiero yo señalar, considerados en sí mismos, los géneros de lectura que, según mi valoración, son principalmente convenientes a quienes pretenden hacerse oradores.

46 Por consiguiente, igual que Arato piensa que se ha de comenzar por Júpiter (Arato de Soloi, 315-239 a. d. C., cf. *Phainómena,* v. 1; de ahí Virgilio, *Egl.* 3, 59; San Pablo cita el verso 5 de *Phainómena* en Hech. de Apóst. 17, 28), así nos parece justo que debamos comenzar por *Homero.* Éste, efectivamente —así como según sus propias palabras el curso de los ríos y de las fuentes tiene su principio en el *Océano (Ilíada* 21, 196 ss.)— nos ofreció el modelo y el origen para todas las partes de la elocuencia. Nadie podría superarle en la sublimidad con que trata las cosas grandes, ni en la certera exactitud al describir las pequeñas. Exuberante y sencillo, jocundo y serio, digno de admiración, tanto por su afluencia como por su brevedad, es a su vez el más eminente no sólo por su potencia poética, sino también en la que es propia de la oratoria. **47** Pues, aunque yo pase en silencio sus discursos de alabanza, los exhortativos y los que procuran consuelo, ¿no muestran todos los recursos retóricos para los pleitos ante tribunales y en el Consejo, ya sea el Canto IX en que se contiene la *embajada ante Aquiles,* o bien en el Canto I el famoso altercado entre los reyes (Agamenón y Aquiles), o las sentencias pronunciadas en el Canto II? (v. 50 ss.). **48** En lo que atañe a la provocación de sentimientos, sean en un caso los afectos sosegados, sean en distinta ocasión estos otros llenos de excitación, nadie habrá tan ignorante que no confiese que este autor los ha tenido en su poder. Observa precisamente: ¿acaso al principio de una y otra de sus epopeyas, en unos poquísimos versos, no voy a decir que

constituit? nam et benevolum auditorem invocatione dearum, quas praesidere vatibus creditum est, et intentum proposita rerum magnitudine et docilem summa celeriter comprensa facit.

49 narrare vero quis brevius quam qui mortem nuntiat Patrocli, quis significantius potest quam qui Curetum Aetolorumque proelium exponit? iam similitudines, amplificationes, exempla, digressus, signa rerum et argumenta cetera quaeque probandi ac refutandi sunt ita multa, ut etiam qui de artibus scripserunt plurima earum rerum testimonia ab hoc poeta petant. **50** nam epilogus quidem quis umquam poterit illis rogantis Achillen Priami precibus aequari? quid? in verbis, sententiis, figuris, dispositione totius operis nonne humani ingenii modum excedit? ut magni sit virtutes eius non aemulatione, quod fieri non potest, sed intellectu sequi. **51** verum hic omnis sine dubio et in omni genere eloquentiae procul a se reliquit, epicos tamen praecipue, videlicet quia durissima in materia simili comparatio est. **52** raro assurgit Hesiodus magnaque pars eius in nominibus est occupata, tamen utiles circa praecepta sententiae levitasque verborum et compositionis probabilis, daturque ei palma in illo mediocri genere dicendi. **53** contra in Antimacho vis et gravitas et minime volgare eloquendi genus habet laudem. sed quamvis ei secundas fere

cumplió la norma de los Proemios, sino que la dejó establecida? Porque tanto hace *benévolo* al oyente con la invocación de las diosas que, según se creía, protegían a los poetas, como *atento* por la anunciada grandeza de los acontecimientos y *dócil* —preparado a la recepción— por el resumen total del contenido rápidamente esbozado.

49 ¿Quién realmente puede narrar con mayor brevedad que quien anuncia la muerte de Patroclo? (Antíloco, en *Ilíada,* 18, 20 ss.). ¿Quién con mayor viveza que el que describe la batalla de Curetes y Etolios? (Fénix, en *Ilíada,* 9, 529 ss.). Además, las comparaciones, las amplificaciones, los ejemplos, las digresiones, los indicios objetivos, y los otros razonamientos, para probar y refutar respectivamente, son tan abundantes, que hasta quienes han escrito manuales acerca de las artes retóricas toman de este poeta la mayoría de los testimonios que a estas materias atañen. **50** Porque ¿qué final de discurso —Epílogo—podrá jamás compararse a las súplicas aquellas con las que Príamo se dirige a Aquiles? ¿Qué más? *(Ilíada* 24, 486 ss.). En la elección de palabras, en sus pensamientos, en las figuras del lenguaje y en la disposición de toda la obra, ¿no sobrepasa él la medida del ingenio humano? **51** Realmente este poeta dejó tras sí alejados, sin duda alguna y en todo género de elocuencia, a todos los demás, pero especialmente a los autores de poesía épica, pues en una materia semejante se hace durísima la comparación (a sus imitadores, cf. sobre Retórica homérica L. Radermacher, en *Artium scriptores,* Abhandlungen Akademie Wien, 1951). Por eso significa ya gran cosa el seguir sus excelencias literarias, no con la intención de emularlas, algo imposible de alcanzar, sino para comprenderlas. **52** Rara vez levanta su ímpetu *Hesíodo,* y gran parte de su obra está ocupada por nombres (sobre todo la *Teogonía);* sin embargo, son útiles sus *sentencias* acerca de normas para la vida, y la tersura de palabras y su estructuración merece toda aprobación, y a él se otorga la palma en el conocido *estilo medio.* **53** Por el contrario, encuentra alabanza en *Antíoco* su energía, su gravedad y un modo de expresión alejado de todo lo corriente (nacido en Colofón, en pleno florecimiento hacia el 400 a. d. C., muy estimado por Platón, cf. B. Wyss, *Antimachi Colophonii reliquiae,* Berlín 1936, con óptima introducción). Pero aunque generalmente le conceda un segundo lugar el juicio unánime de los críticos, faltan en él los sentimientos, el encanto, la disposición de materiales y, en suma, el arte, de

grammaticorum consensus deferat, et adfectibus et iocunditate et dispositione et omnino arte deficitur, ut plane manifesto appareat, quanto sit aliud proximum esse, aliud secundum. **54** Panyasin, ex utroque mixtum, putant in eloquendo neutrius aequare virtutes, alterum tamen ab eo materia, alterum disponendi ratione superari. Apollonius in ordinem a grammaticis datum non venit, quia Aristarchus atque Aristophanes poetarum iudices neminem sui temporis in numerum redegerunt, non tamen contemnendum reddidit opus aequali quadam mediocritate. **55** Arati materia motu caret, ut in qua nulla varietas, nullus adfectus, nulla persona, nulla cuiusquam sit oratio, sufficit tamen operi, cui se aequalem credidit. admirabilis in suo genere Theocritus, sed musa illa rustica et pastoralis non forum modo, verum ipsam etiam urbem reformidat. **56** audire videor undique congerentis nomina plurimorum poetarum. quid? Herculis acta non bene Pisandros? quid? Nicandrum frustra secuti Macer atque Vergilius? quid? Euphorionem transibimus? quem nisi probasset Vergilius idem, numquam certe 'conditorum Chalcidico versu carminum' fecisset in Bucolicis mentionem. quid? Horatius frustra Tyrtaeum Homero subiungit? **57** nec sane quisquam est tam procul a cognitione eorum remotus, ut non indicem certe ex bibliotheca sumptum transferre in libros suos possit. nec ignoro igitur quos transeo nec utique damno, ut qui dixerim esse in omnibus utilitatis aliquid. **58** sed ad illos iam perfectis constitutisque viribus rever-

Pero, puesto que se trata de una doble cuestión, a saber, de qué manera y qué es lo que muy especialmente conviene que se escriba, seguiré ya a partir de aquí este mismo orden. 5 El ejercicio de escribir sea al principio hasta lento, con tal que se haga con cuidado; busquemos lo mejor y no sintamos gozo de lo que inmediatamente se nos ofrece, aplíquese espíritu crítico a lo que hayamos encontrado y estructúrese lo que hemos dado por bueno. Pues hay que decidir la selección de contenidos y de palabras y someter a examen cada uno de ellos según su propia importancia. Después siga su ordenada disposición y aplíquense ritmos en todas sus variaciones posibles, de suerte que ninguna palabra ocupe un lugar según fuere apareciendo. 6 Para ir seguramente ejercitando todo esto con creciente exactitud, habrá que repetir con más frecuencia lo que puede estar más cerca de lo que hemos escrito. Porque prescindiendo de que de esta manera se une mejor lo que sigue con lo que antecede, aquel calor del pensamiento, que se enfría con un escribir lentamente, recobra de nuevo fuerzas y toma impulso como si volviese a repetir el espacio recorrido. Esto vemos ocurrir en la competición del salto deportivo, de modo que los concursantes hacen el intento desde un espacio más largo y a la carrera se lanzan hacia el lugar en que se compite, e igual que al lanzar la jabalina encogemos los brazos y al disparar los dardos tensamos hacia atrás las cuerdas del arco. 7 Pero a veces, si el viento sopla, hay que desplegar las velas, con tal que no haga equi-

non fallat: omnia enim nostra, dum nascuntur, placent: alioqui nec scriberentur. sed redeamus ad iudicium et retractemus suspectam facilitatem. **8** sic scripsisse Sallustium accepimus, et sane manifestus est etiam ex opere ipso labor. Vergilium quoque paucissimos die composuisse versus auctor est Varius. **9** oratoris quidem alia condicio est: itaque hanc moram et sollicitudinem initiis impero. nam primum hoc constituendum, hoc optinendum est, ut quam optime scribamus: celeritatem dabit consuetudo. paulatim res facilius se ostendent, verba respondebunt, compositio sequetur, cuncta denique ut in familia bene instituta in officio erunt. **10** summa haec est rei: cito scribendo non fit ut bene scribatur, bene scribendo fit ut cito. sed tum maxime, cum facultas illa contigerit, resistamus, ut provideamus et ferentes equos frenis quibusdam coerceamus, quod non tam moram faciet quam novos impetus dabit. neque enim rursus eos, qui robur aliquod in stilo fecerint, ad infelicem calumniandi se poenam alligandos puto. **11** nam quo modo sufficere officiis civilibus possit qui singulis actionum partibus insenescat? sunt autem quibus nihil sit satis: omnia mutare, omnia aliter dicere quam occurrit velint, increduli quidam et de ingenio suo pessime meriti, qui diligentiam putant, facere sibi scribendi difficultatem. **12** nec promptum est dicere, utros peccare validius putem, quibus omnia sua placent an quibus nihil. accidit enim etiam ingeniosis adulescentibus frequenter, ut labore consumantur et in silentium usque descendant nimia bene dicendi cupiditate. qua de re memini narrasse mihi Iulium Secundum illum, aequalem meum atque a me, ut notum est, familiariter amatum,

vocarnos su efecto favorable; pues todos nuestros pensamientos y cosas son agradables, cuando están naciendo, ya que de otra suerte no los escribiríamos. Pero volvamos al examen de lo escrito y recorramos lo que se hace sospechoso por causa de su facilidad. **8** Así se nos ha dicho que escribió Salustio, y ciertamente hasta por la misma obra se hace patente su trabajo. Vario asegura que también Virgilio componía muy pocos versos en un día (cf. A. Gelio, *Noches Áticas* 17, 10, «como la osa, que tras dar a luz, lame a sus crías hasta darles figura»; cf. también Donato, *Vita Verg.* 22; y Quint. 10, 1, 98). **9** Pero la situación del orador es ciertamente distinta; por esta razón exijo yo esta lentitud y cuidadosa solidez en los comienzos, para que escribamos con la mayor perfección posible. El ejercicio dará rapidez. Poco a poco se irán mostrando los pensamientos y las cosas con mayor facilidad, las palabras corresponderán a los objetos, seguirá la estructura rítmica de la frase, todo estará finalmente en su puesto como el número de siervos en una casa bien gobernada. **10** Éste es el punto principal de la cosa: *escribiendo rápido no se llega a escribir bien, escribiendo bien se consigue escribir rápido.* Pero cuando se haya logrado esta facilidad, a ella hagamos entonces resistencia, para que vayamos precavidos y con ciertas bridas sujetemos los corceles huracanados (de la imaginación), lo cual nos creará tan importante detención como asimismo dará bríos nuevos. Y por segunda vez no pienso que aquellos que han adquirido ya una cierta seguridad en este ejercicio de escribir deban ser encadenados a la desventurada maceración de la autocrítica. **11** Porque ¿cómo podrá cumplir con las obligaciones (ante tribunales) respecto a sus conciudadanos quien encanece en cada una de las partes de los pleitos forenses? Algunos hay que con nada están satisfechos: quisieran cambiarlo todo, decir todo de distinto modo a como les viene en mientes; otros hay sin confianza en sí mismos y sumamente desagradecidos a su propio talento, que tienen por ocupación exquisita el hacerse difícil la práctica de escribir. **12** Y no es fácil decir quiénes estoy pensando que cometen el más grave error, si aquellos a los que gustan todas las cosas que escriben, o aquellos a quienes nada contenta. Pues frecuentemente se encuentra también entre jóvenes de talento, que se consumen en el trabajo y por su excesivo deseo de hablar bien se sumergen en el silencio (nada osan decir). A este propósito recuerdo haberme contado el ilustre Julio Segundo (cf. n.° 120), mi coetáneo y, como es sabido, a quien amé en cordial amistad, hombre de maravillosa elocuencia, pero también sin

mirae facundiae virum, infinitae tamen curae, quid esset sibi a patruo suo dictum. **13** is fuit Iulius Florus, in eloquentia Galliarum, quoniam ibi demum exercuit eam, princeps alioqui inter paucos disertus et dignus illa propinquitate. is cum Secundum, scholae adhuc operatum, tristem forte vidisset, interrogavit, quae causa frontis tam adductae? **14** nec dissimulavit adulescens, tertium iam diem esse, quod omni labore materiae ad scribendum destinatae non inveniret exordium: quo sibi non praesens tantum dolor, sed etiam desperatio in posterum fieret. tum Florus adridens, 'numquid tu', inquit, 'melius dicere vis quam potes?' **15** ita se res habet: curandum est, ut quam optime dicamus, dicendum tamen pro facultate: ad profectum enim opus est studio, non indignatione. ut possimus autem scribere etiam plura et celerius, non exercitatio modo praestabit, in qua sine dubio multum est, sed etiam ratio: si non resupini spectantesque tectum et cogitationem murmure agitantes expectaverimus, quid obveniat <sed>, quid res poscat, quid personam deceat, quod sit tempus, qui iudicis animus, intuiti humano quodam modo ad scribendum accesserimus. sic nobis et initia et quae sequuntur natura ipsa praescribit. **16** certa sunt enim pleraque et, nisi coniveamus, in oculos incurrunt: ideoque nec indocti nec rustici diu quaerunt, unde incipiant: quo pudendum est magis, si difficultatem facit doctrina. non ergo semper putemus optimum esse quod latet: inmutescamus alioqui, si nihil dicendum videatur, nisi quod non invenimus. **17** diversum est huic eorum vitium, qui primo decurrere per materiam stilo quam velocissimo volunt et sequentes calorem atque impetum ex tempore scribunt: hanc silvam vocant. repetunt deinde et componunt quae effuderant: sed verba emendantur et numeri, manet in rebus temere con-

límite en su cuidadoso esfuerzo (en escribir bien), lo que sobre este problema le dijo su tío. **13** Éste fue Julio Floro, el principal representante de las Galias en el arte de hablar, pues allí precisamente la ejerció, elocuente por lo demás como pocos pueden serlo, y digno de aquel parentesco —con Segundo—. Cuando éste vio una vez triste a Segundo, que todavía estaba ocupado en los ejercicios de la escuela, le preguntó cuál era el motivo de su frente tan arrugada. **14** Y el joven no le ocultó que era ya el tercer día que, con toda la elaboración de la materia, destinada a la redacción, no encontraba una introducción (exordio), con lo cual no sólo se originaba el sufrimiento presente, sino también la desesperación para el tiempo venidero. Entonces Floro, sonriendo, le dijo: *¿Por qué quieres tú hablar mejor de lo que puedes?* **15** Así son en realidad las cosas: que debemos procurar hablar lo mejor posible, pero debemos hablar según nuestra personal capacidad; pues para progresar es necesaria la aplicación, no el mal humor.Y que podamos escribir mucho más todavía y con más rapidez, no lo dará solamente el ejercicio, en el que hay sin duda mucha ventaja, sino también el modo como lo hacemos, a saber: si no echamos atrás la cabeza, y con la mirada en el techo y estimulando la fantasía con un murmullo entre dientes, estamos a la espera de que se nos ocurra algo, sino reflexionando qué es lo que el asunto reclama, qué conviene a la persona, cuál es la circunstancia del caso, cuál el talante del juez, nos disponemos a escribir con un cierto porte digno del hombre. Así nos esboza la naturaleza por sí misma tanto el comienzo como cuanto a éste sigue. **16** Pues la mayor parte de las cosas están patentes y saltan a los ojos, si no los cerramos; y por eso ni las personas sin cultura ni las gentes que viven en el campo gastan tiempo en averiguar por dónde deben empezar. Tanto más vergonzoso resulta si es la educación escolar la que crea dificultad. Por tanto, no creamos siempre que es mejor lo que está oculto; deberíamos por lo demás quedar enmudecidos, cuando al parecer nada debe decirse sino lo que todavía no hemos encontrado. **17** Contrario a éste es el error de aquellos que primeramente quieren recorrer todo lo que al tema pertenece con una pluma (punzón) lo más rápida posible, y dejándose llevar por el ardor y el acicate del momento escriben de repente. A esto llaman ellos 'bosque' (materia ruda). Después vuelven de nuevo a este material y ordenan lo que habían producido copiosamente; pero se corrigen palabras y ritmos, mas en los materiales, precipitada-

gestis quae fuit levitas. **18** protinus ergo adhibere curam rectius erit atque ab initio sic opus ducere, ut caelandum, non ex integro fabricandum sit. aliquando tamen adfectus sequemur, in quibus fere plus calor quam diligentia valet.

Satis apparet ex eo, quod hanc scribentium neglegentiam damno, quid de illis dictandi deliciis sentiam. **19** nam in stilo quidem quamlibet properato dat aliquam cogitationi moram non consequens celeritatem eius manus: ille, cui dictamus, urget, atque interim pudet etiam dubitare aut resistere aut mutare quasi conscium infirmitatis nostrae timentis. **20** quo fit ut non rudia tantum et fortuita, sed inpropria interim, dum sola est conectendi sermonis cupiditas, effluant, quae nec scribentium curam nec dicentium impetum consequantur. at idem ille, qui excipit, si tardior in scribendo aut inertior intellegendo velut offensator fuit, inhibetur cursus, atque omnis, quae erat, concepta mentis intentio mora et interdum iracundia excutitur. **21** tum illa, quae apertiorem animi motum sequuntur quaeque ipsa animum quodam modo concitant, quorum est iactare manum, torquere vultum, sinum et latus interim obiurgare, quaeque Persius notat, cum leviter dicendi genus significat, 'nec pluteum', inquit, 'caedit nec demorsos sapit unguis', etiam ridicula sunt, nisi cum soli sumus. **22** denique ut semel quod est potentissimum dicam, secretum, quod dictando perit, atque liberum arbitris locum et quam altissimum silentium scribentibus maxime convenire nemo dubitaverit. non tamen protinus audiendi qui credunt aptissima in hoc nemora silvasque, quod illa caeli libertas locorumque amoenitas sublimem animum et beatiorem spiritum parent. **23** mihi certe iucundus hic magis quam studiorum

mente amontonados, quedó la superficialidad que al principio hubo. **18** Será, por tanto, lo más acertado poner pronto cuidadosa cautela, y desde el principio dirigir el trabajo de manera que no haya necesidad de aplicarle el buril, de construirlo de nuevo. Sin embargo, alguna vez deberemos seguir nuestros sentimientos, en los que por lo general tiene más fuerza el entusiasmo que el pertinente cuidado.

De todo ello queda bastante claro, puesto que rechazo esta descuidada forma de cuantos así escriben, qué es lo que pienso acerca de aquellas deliciosas preferencias por el dictado de lo que uno piensa. **19** Porque aunque uno escriba con un punzón acelerado, su mano impone algún retardo al pensamiento, ya que no alcanza su velocidad; aquel, a quien dictamos, nos da prisa, y a veces nos da vergüenza hasta dudar, pararnos, cambiar algo, como si tuviésemos miedo a quien se hace testigo consciente de nuestra debilidad. **20** De lo cual resulta que, mientras nuestro solo deseo está en que no se pierda la unión de lo que dictamos, no sólo salen cosas sin pulir y casuales, sino a veces giros defectuosos, que ni responden al atento cuidado de los que escriben ni al entusiasmo de los que están dictando. Pero si ese mismo, que recibe el dictado, por ser más lento en escribir o más flojo en entender, se reveló como tropezador chapucero, se interrumpe el fluido del discurso, y toda la dirección del pensamiento concebido y tensión, que antes había, queda arruinada por la detención —de quien escribe— y a veces por la cólera —de quien dicta—. **21** Además de esto, aquellas manifestaciones que acompañan un movimiento más sincero del ánimo, y que por sí mismas agitan en cierto modo el espíritu —de las que es propio el gesticular con la mano, torcer el rostro, golpear el pecho y a veces a un lado, y lo que sugiere Persio, cuando da a entender un modo de hablar superficialmente: *Ni golpea el pupitre —dijo— ni saborea las uñas mordidas* (1, 106)— son también cosas ridículas, a no ser que estemos solos. **22** Por último, para decir de una vez lo más importante: nadie pondrá en duda que es muy conveniente a los escritores el aislamiento, que se pierde con el dictado, un lugar libre de críticos y el más profundo silencio posible. Pero, no obstante, no se debe dar inmediatamente oídos a quienes creen que para esta tarea son bosques y selvas el ambiente mejor, porque aquel magnífico cielo libre y la amena variedad de los paisajes elevan el vuelo del corazón y hacen más feliz el espíritu. **23** A mí ciertamente este apartamiento me parece que

hortator videtur esse secessus. namque illa, quae ipsa delectant, necesse est avocent ab intentione operis destinati. neque enim se bona fide in multa simul intendere animus totum potest, et quocumque respexit, desinit intueri quod propositum erat. **24** quare silvarum amoenitas et praeterlabentia flumina et inspirantes ramis arborum aurae volucrumque cantus et ipsa late circumspiciendi libertas ad se trahunt, ut mihi remittere potius voluptas ista videatur cogitationem quam intendere. **25** Demosthenes melius, qui se in locum, ex quo nulla exaudiri vox et ex quo nihil prospici posset, recondebat, ne aliud agere mentem cogerent oculi. ideoque lucubrantes silentium noctis et clausum cubiculum et lumen unum velut tectos maxime teneat. **26** sed cum in omni studiorum genere, tum in hoc praecipue bona valetudo, quaeque eam maxime praestat, frugalitas necessaria est, cum tempora ab ipsa rerum natura ad quietem refectionemque nobis data in acerrimum laborem convertimus. cui tamen non plus inrogandum est quam quod somno supererit aut <non> deerit. **27** obstat enim diligentiae scribendi etiam fatigatio et abunde, si vacet, lucis spatia sufficiunt: occupatos in noctem necessitas agit. est tamen lucubratio, quotiens ad eam integri ac refecti venimus, optimum secreti genus.

28 Sed silentium et secessus et undique liber animus ut sunt maxime optanda, ita non semper possunt contingere, ideoque non statim, si quid obstrepet, abiciendi codices erunt et deplorandus dies, verum incommodis repugnandum et hic faciendus usus, ut omnia, quae impedient, vincat intentio: quam si tota mente in opus ipsum derexeris, nihil eorum, quae oculis vel auribus incursant, ad animum perveniet. **29** an vero frequenter etiam fortuita hoc cogitatio praestat, ut obvios non videamus et itinere

es más un gozoso recreo que un exhortador a los estudios. Porque precisamente aquellas cosas, que por sí mismas procuran deleite, preciso es que aparten de la ocupación en el trabajo propuesto. Pues en buena conciencia no puede el espíritu dirigir por entero la atención a muchas cosas al mismo tiempo, y con cualquier mirada en otra dirección deja de ver profundamente lo que tenía como propósito. **24** Por lo cual la amable variedad de las selvas, los ríos que al paso se deslizan, el soplo de las brisas entre las ramas de los árboles, el canto de las aves y, por su misma fuerza, la amplia libertad de mirar a todo alrededor, arrastran hacia sí de tal modo que más bien me parecen rebajar el pensamiento que procurar su intensidad. **25** Mejor hacía Demóstenes, que se retiraba a un lugar, desde donde no se podía oír sonido alguno y desde donde no podía observarse nada, para que los ojos no obligaran a la mente a ocuparse en otra cosa. Y por eso el silencio de la noche, la sala cerrada y una sola luz retenga muy especialmente como encubiertos a los que consagran sus vigilias al trabajo. **26** Pero como ocurre en toda clase de estudios, es principalmente necesaria en este trabajo nocturno una buena salud, y la que sobre todo la favorece, la frugalidad, ya que el tiempo dado por la naturaleza misma para el reposo y el recobramiento lo convertimos en rigurosísimo trabajo. Al cual, no obstante lo dicho, no se debe conceder más de lo que sobrare al sueño o no le faltare. **27** Pues también el cansancio es un obstáculo a la atenta actividad de escribir y, si se está libre de otras obligaciones, las horas de luz diurna son sobradamente suficientes. La necesidad es la que obliga a los ocupados a trabajar de noche. Sin embargo, el trabajo a la luz de la lámpara, cuantas veces nos entregamos a él sanos y repuestos, es la mejor clase de apartamiento.

28 Pero igual que el silencio, el retiro y un espíritu de todas partes liberado son bienes muy deseables, asimismo no siempre pueden conseguirse, y por eso, si algún ruido ocurriere, no hay que tirar al punto las tablillas enceradas para escribir y dar por perdido el día, sino que se debe hacer resistencia a las cosas que sirven de estorbo y acostumbrarse uno a que nuestra intensa concentración triunfe por cima de todo cuanto constituya obstáculos; si con toda el alma se dirige esa concentración a lo que precisamente se está trabajando, nada de lo que inoportunamente asalta nuestros ojos u oídos llegará al interior del espíritu. **29** ¿Acaso un pensamiento casual hace hasta repetidas veces que no veamos

deerremus: non consequemur idem, si et voluerimus? non est indulgendum causis desidiae. nam si non nisi refecti, non nisi hilares, non nisi omnibus aliis curis vacantes studendum existimarimus, semper erit propter quod nobis ignoscamus. **30** quare in turba, itinere, conviviis etiam faciat sibi cogitatio ipsa secretum. quid alioqui fiet, cum in medio foro, tot circumstantibus iudiciis, iurgiis, fortuitis etiam clamoribus, erit subito continua oratione dicendum, si particulas, quas ceris mandamus, nisi in solitudine reperire non possumus? propter quae idem ille tantus amator secreti Demosthenes in litore, in quo se maximo cum sono fluctus inlideret, meditans consuescebat contionum fremitus non expavescere.


31 Illa quoque minora (sed nihil in studiis parvum est) non sunt transeunda: scribi optime ceris, in quibus facillima est ratio delendi, nisi forte visus infirmior membranarum potius usum exiget, quae ut iuvant aciem, ita crebra relatione, quoad intinguntur calami, morantur manum et cogitationis impetum frangunt. **32** relinquendae autem in utrolibet genere contra erunt vacuae tabellae, in quibus libera adiciendi sit excursio. nam interim pigritiam emendandi angustiae faciunt aut certe novorum interpositione priora confundant. ne latas quidem ultra modum esse ceras velim, expertus iuvenem studiosum alioqui praelongos habuisse sermones, quia illos numero versuum metiebatur, idque vitium, quod frequenti admonitione corrigi non potuerat, mutatis codicibus esse sublatum. **33** debet vacare etiam locus, in quo notentur quae scribentibus solent extra ordinem, id est

a los que en la calle se encuentran con nosotros y que nos equivoquemos de camino, y no vamos a conseguir esa misma concentración, si también lo queremos? No se debe ceder a las razones de la desidia. Porque si llegáremos a pensar que no podemos dedicarnos a los estudios a no ser que estemos descansados, de buen humor y libres de toda clase de preocupaciones, siempre habrá alguna razón para disculparnos de no hacer nada. **30** Por lo cual el pensamiento debe crearse a sí mismo el retiro en medio de la gente, en el camino, hasta en los convites. ¿Qué ocurrirá, por el contrario, cuando en medio del Foro —rodeados de tantas sesiones judiciales, de pendencias, hasta de griteríos no esperados— tengamos que hablar de repente con un discurso lleno de coherencia, si no somos capaces de reproducir, a no ser en la soledad, esas pequeñas proposiciones, que confiamos a las tablillas enceradas (al texto escrito)? Por lo cual aquel mismo Demóstenes, tan gran amante del retiro, como ensayaba sus discursos en un litoral donde se estrellan las olas con máximo estruendo, estaba acostumbrado a no sentir pavor ante el estrépito de las asambleas del pueblo.

31 Tampoco debe pasarse por alto lo que es menos importante (sin embargo, de que nada hay de poca importancia dentro de los estudios), a saber: que es muy bueno escribir en tablillas enceradas, en las que es facilísimo el modo de borrar lo escrito, a no ser que una vista precisamente más debilitada exigiere mejor el uso de pergaminos que, igual que ayudan a una visión exacta, así también, por causa del repetido traer y llevar de las plumas para mojarlas, retardan la mano y frenan el impulso del pensamiento. **32** Pero en estos dos modos de escribir deberán dejarse a un lado lugares sin escribir, en los que haya espacios libres para las añadiduras. Porque a veces las estrecheces de espacio causan pereza para hacer correcciones o en todo caso, con la inclusión de nuevos pensamientos, sirven de confusión las cosas anteriormente escritas. Ni tampoco quisiera que las tablillas enceradas sean demasiado estrechas, ya que tengo la experiencia de un joven, por lo demás muy aplicado, que desarrollaba discursos excesivamente largos, porque los medía y valoraba según el número de líneas escritas en las tablillas, y este error, que no había podido enmendarse con repetido aviso, se quitó cambiando las tablillas (hoy aconsejaríamos el uso de folios). **33** Debe dejarse también lugar libre (¿en la margen izquierda preferentemente?) en el cual se anoten las cosas que suelen ocurrir fuera

ex aliis, quam qui sunt in manibus loci, occurrere. inrumpunt enim optimi nonnumquam sensus, quos neque inserere oportet neque differre tutum est, quia interim elabuntur, interim memoriae sui intentos ab alia inventione declinant ideoque optime sunt in deposito.

de contexto a los que están escribiendo, es decir, de partes diferentes a las que están ahora a mano del pasaje elaborado. Pues vienen alguna vez de repente pensamientos magníficos, que no se deben insertar ni es prudente dejar para otro momento, porque unas veces se escapan, otras apartan del restante encuentro de materiales —del discurso— a los que pretenden retenerlos en su memoria, y por eso están muy bien en depósito (término del lenguaje jurídico, 'en custodia, a recaudo').



IV

1 Sequitur emendatio, pars studiorum longe utilissima: neque enim sine causa creditum est stilum non minus agere, cum delet. huius autem operis est adicere, detrahere, mutare. sed facilius in iis simpliciusque iudicium, quae replenda vel deicienda sunt: premere vero tumentia, humilia extollere, luxuriantia adstringere, inordinata digerere, soluta componere, exultantia coercere duplicis operae: nam et damnanda sunt quae placuerant et invenienda quae fugerant. 2 nec dubium est optimum esse emendandi genus, si scripta in aliquod tempus reponantur, ut ad ea post intervallum velut nova atque aliena redeamus, ne nobis scripta nostra tamquam recentes fetus blandiantur. 3 sed neque hoc contingere semper potest praesertim oratori, cui saepius scribere ad praesentis usus necesse est, et ipsa emendatio finem habet. sunt enim qui ad omnia scripta tamquam vitiosa redeant et, quasi nihil fas sit rectum esse quod primum est, melius existiment, quidquid est aliud, idque faciant, quotiens librum in manus resumpserunt, similes medicis etiam integra secantibus. accidit itaque ut cicatricosa sint et exsanguia et cura peiora. 4 sit ergo aliquando quod placeat aut certe quod sufficiat, ut opus poliat

CAPÍTULO IV

LA CORRECCIÓN

1 Sigue la *corrección*, parte con mucho la más útil del estudio del discurso; pues no sin razón se ha llegado a creer que el *punzón* no hace menos importante tarea cuando borra (con la espatulita plana en la parte superior, que borraba e igualaba el encerado). Y es propio de esta tarea el añadir, quitar y cambiar. Pero con estas tres cosas es más fácil y más sencillo enjuiciar qué se debe complementar o desechar de una vez; mas el rebajar lo ampuloso, elevar lo bajo, cercenar lo superfluo, configurar rítmicamente lo que está sin este orden, disponer debidamente lo que entre sí no tiene conexión, refrenar lo hiperbólico, exige doble esfuerzo: porque no sólo hay que condenar lo que antes había gustado, sino que hay obligación de hallar lo que se nos había escapado. **2** Y no cabe duda que la mejor manera de hacer correcciones es retirar por algún tiempo lo que se ha escrito (cf. Horacio, *Ars poet.*, 388), para tras un intervalo volver a ello como a algo nuevo y ajeno, con el fin de que nuestras obras escritas no nos sirvan de delicioso halago como criaturas recién nacidas. **3** Pero ni esto puede ocurrirle siempre a un orador sobre todo, que por necesidad ha de escribir muchas veces para una aplicación inmediata, y la corrección tiene de por sí un límite. Pues hay algunos estilistas, que vuelven a todos sus escritos, cual si estuvieran llenos de defectos y, como si no estuviese permitido que sea correcto lo que se escribió por primera vez, tienen por mejor cualquiera cosa diferente, y esto hacen cuantas veces han tomado en sus manos el libro escrito, a semejanza de los médicos que amputan hasta miembros sanos. Y así acontece que todos los escritos quedan llenos de cicatrices, o al menos vacíos de vida (lit. sangre) y peores aún por el tratamiento. **4** Haya, por tanto, alguna vez algo que complazca, o que al menos sea suficiente, para que la lima pula la obra, no la destroce. Tam-

lima, non exterat. temporis quoque esse debet modus. nam quod Cinnae Smyrnam novem annis accepimus scriptam et panegyricum Isocratis, qui parcissime, decem annis dicunt elaboratum, ad oratorem nihil pertinet, cuius nullum erit, si tam tardum fuerit, auxilium.

bién el tiempo empleado debe ser con medida. Porque lo que hemos oído contar de *Cina* (poeta amigo de Catulo, cf. 10, 30; 45, 9; Virg., *Egl.* 9, 35; Ovid., *Trist.* 2, 435; Marcial 10, 21, 4), que empleó nueve años en escribir su poema *Esmirna* (hija de Cíniras, rey de Chipre), y del *Panegírico de Isócrates* (cf. Libro 3, 8, 9; Cic., *Orat.* 11) quien, según dicen, en un cálculo muy reducido, lo elaboró durante diez años, nada tiene que ver con el orador, cuya ayuda será ineficaz, si fuere tan lenta.

V

1 Proximum est, ut dicamus, quae praecipue scribenda sint ἕξιν parantibus. <non est huius> quidem operis, ut explicemus, quae sint materiae, quae prima aut secunda aut deinceps tractanda sint (nam id factum est iam primo libro, quo puerorum, et secundo, quo iam robustorum studiis ordinem dedimus), sed, de quo nunc agitur, unde copia ac facilitas maxime veniat.

2 Vertere Graeca in Latinum veteres nostri oratores optimum iudicabant. id se L. Crassus in illis Ciceronis de Oratore libris dicit factitasse: id Cicero sua ipse persona frequentissime praecipit, quin etiam libros Platonis atque Xenophontis edidit hoc

CAPÍTULO V

PRINCIPALES FORMAS DEL EJERCICIO ESCRITO

El ejercicio de la traducción.—Traducciones de la lengua griega.—Variaciones de escritores latinos en otras nuevas redacciones en la misma lengua.—El ensayo de nuevas posibilidades y amplificaciones.—Entrenamientos en cuestiones de interés general o tesis.—El ejercicio de las declamaciones.—La utilidad de los textos históricos.—Sobriedad en el tratamiento de los textos.—Elección de un orador como ayuda práctica.

1 Punto inmediato es el decir qué cosas deben principalmente escribir los que quisieren adquirir la *héxis* (la condición y seguridad de escritor). Ciertamente no es cosa propia de esta tarea nuestra el explicar qué materias se han de tratar en primer lugar, cuáles en segundo o cuáles después (pues esto se hizo ya en el libro primero (1, 9), en que ya presentamos el método para los estudios de los niños, y en el segundo para progreso de los más avanzados en edad (cf. 2, 4), sino de lo que ahora se trata es aclarar de dónde llega muy especialmente la riqueza de vocabulario y la facilidad de palabra.

2 El ejercicio de traducir escritos de la lengua griega a la latina, lo tenían juiciosamente nuestros antiguos autores por óptimo entrenamiento. L. Craso afirma que practicó este ejercicio con mucha frecuencia, como consta en aquellos libros de Cicerón acerca del orador (De orat. 1, 34, 155). Esto recomienda con muchísima frecuencia Cicerón, en nombre de su propia persona (no hemos encontrado esta recomendación expresa de Cicerón en ninguna de sus obras, aunque sí el estudio de la lengua griega), y hasta llegó a publicar algunos libros de Platón y

genere tralatos: id Messalae placuit, multaeque sunt ab eo scriptae ad hunc modum orationes, adeo ut etiam cum illa Hyperidis pro Phryne difficillima Romanis subtilitate contenderet. **3** et manifesta est exercitationis huiusce ratio. nam et rerum copia Graeci auctores abundant et plurimum artis in eloquentiam intulerunt et hos transferentibus verbis uti optimis licet: omnibus enim utimur nostris. figuras vero, quibus maxime ornatur oratio, multas ac varias excogitandi etiam necessitas quaedam est, plerumque a Graecis Romana dissentiunt.

4 Sed et illa ex Latinis conversio multum et ipsa contulerit. ac de carminibus quidem neminem credo dubitare, quo solo genere exercitationis dicitur usus esse Sulpicius. nam et sublimis spiritus adtollere orationem potest, et verba poetica libertate audaciora non praesumunt eadem proprie dicendi facultatem. sed et ipsis sententiis adicere licet oratorium robur et omissa supplere, effusa substringere. **5** neque ego paraphrasin esse interpretationem tantum volo, sed circa eosdem sensus certamen atque aemulationem. ideoque ab illis dissentio, qui vertere orationes Latinas vetant, quia optimis occupatis, quidquid aliter dixerimus, necesse sit esse deterius. nam neque semper est des-

de Jenofonte traducidos por él con esta finalidad (los diálogos *Protágoras* y *Timeo* de Platón y el *Económico* de Jenofonte). En esto sintió complacencia Mesala, y quedan muchos discursos de este género escritos por él (traducciones del griego), de tal modo que hasta llegó a rivalizar con la célebre sutileza de Hiperides, dificilísima para escritores romanos, en su defensa de *Frine* (bellísima y rica cortesana, que se ganó la simpatía de los jueces —cf. Propercio 2, 5, 6, y Quint. 2, 15, 9— tras el discurso de Hiperides, discípulo de Platón, partidario de Demóstenes contra la política expansiva de Alejandro Magno y ajusticiado por orden de Antípatro, rey de Macedonia (cf. Cic., *De orat.* 3, 7; *Orator* 31; Quint. 10, 1, 77 y 12, 10, 22). **3** Y es patente el sentido de este ejercicio. Porque los autores griegos son extraordinariamente ricos en la variedad de los temas tratados, aportaron muchísimo arte a la elocuencia, y a quienes los traducimos nos cabe elegir las expresiones mejores; pues hacemos uso de todas las que son de nuestra propia lengua. Respecto al empleo de figuras del lenguaje (de palabra y de sentido), con las que se adorna muy especialmente el discurso, hay también una cierta necesidad de imaginar muchas y llenas de variedad, porque en este punto se apartan generalmente de los griegos las formas romanas de pensar.

4 Pero también aquel ejercicio de dar una nueva versión literaria a textos latinos —ya escritos— servirá de mucho, hasta en sí mismo considerado. Y creo que nadie por cierto lo duda cuando se trata de poemas, el único género de ejercicio que se dice haber practicado Sulpicio (en sus paráfrasis). Porque el sublime aliento de la poesía puede dar realce al discurso, y las expresiones, más audaces en virtud de la libertad poética, no excluyen la posibilidad de decir lo mismo en una versión propia. Mas también se puede comunicar a los mismos pensamientos del poeta la energía propia de la oratoria, suplir lo que no se ha expresado y dar concisión a lo dicho con muchas palabras. **5** Y yo no quiero que la paráfrasis (del texto poético) sea solamente una interpretación —a modo de versión—, sino que ha de ser una competición y emulación de expresiones en torno a los mismos pensamientos. Y por eso disiento de aquellos que prohíben dar versiones nuevas a los discursos ya escritos en latín, porque si ya están empleadas las expresiones mejores, por necesidad será peor lo que dijéremos de diferente manera (velada alusión a Cicerón, cuyo nombre silencia por respeto, al afirmar lo contrario en

perandum aliquid illis, quae dicta sunt, melius posse reperiri, neque adeo ieiunam ac pauperem natura eloquentiam fecit, ut una de re bene dici nisi semel non possit. **6** nisi forte histrionum multa circa voces easdem variare gestus potest, orandi minor vis, ut dicatur aliquid, post quod in eadem materia nihil dicendum sit. sed esto neque melius quod invenimus esse neque par, est certe proximis locus. **7** an vero ipsi non bis ac saepius de eadem re dicimus et quidem continuas nonnumquam sententias? nisi forte contendere nobiscum possumus, cum aliis non possumus. nam si uno genere bene diceretur, fas erat existimari praeclusam nobis a prioribus viam: nunc vero innumerabiles sunt modi plurimaeque eodem viae ducunt. **8** sua brevitati gratia, sua copiae, alia translatis virtus, alia propriis, hoc oratio recta, illud figura declinata commendat. ipsa denique utilissima est exercitationi difficultas. *quid quod auctores maximi sic diligentius* cognoscuntur? non enim scripta lectione secura transcurrimus, sed tractamus singula et necessario introspicimus et, quantum virtutis habeant, vel hoc ipso cognoscimus, quod imitari non possumus.

9 Nec aliena tantum transferre, sed etiam nostra pluribus modis tractare proderit, ut ex industria sumamus sententias quasdam easque versemus quam numerosissime, velut eadem cera aliae aliaeque formae duci solent. **10** plurimum autem parari facultatis existimo ex simplicissima quaque materia. nam illa multiplici personarum, causarum, temporum, locorum, dictorum, factorum diversitate facile delitescet infirmitas, tot se undique

De orat. 1, 34, 154). Pues ni siempre hay que perder la esperanza de poder hallar algo mejor a lo que se ha dicho, ni la naturaleza hizo tan escuálida y pobre la elocuencia, que de una sola cosa no se pueda hablar bien más de una vez. **6** A no ser que se piense que el gesto de los comediantes puede precisamente dar muchos matices a unas mismas palabras, y que es inferior la capacidad de la oratoria, de modo que se diga algo tras lo cual nada más se haya de decir en la misma materia. Pero aun concediendo que no sea mejor ni comparable lo que nosotros hemos encontrado, hay al menos algún lugar para lo que más se le aproxima. **7** ¿Y de veras no hablamos nosotros mismos dos veces y muchas más sobre una misma cosa y alguna vez seguramente en una serie continua de pensamientos? ¡Así que precisamente podemos competir con nosotros, con los otros no podemos! Porque si un discurso sólo se pudiera decir bien de una manera, justificado quedaba el pensar que los anteriores oradores nos habían cerrado el camino para hacerlo; pero hoy tenemos claro que hay innumerables modos, y muchísimos caminos conducen a la misma meta. **8** La brevedad tiene su encanto, el suyo la abundancia de expresión, otra fuerza tienen las metáforas, otra la propiedad de las palabras, el estilo directo —sencillo— va bien con esta circunstancia, aquella otra diferente con el que trasmite sus contenidos por medio de una figura retórica. Finalmente, la dificultad es en sí misma utilísima para esta clase de ejercicio. ¿Y cómo no decir que así se conocen más exactamente los más importantes autores? Porque no recorremos sus escritos con una lectura despreocupada, sino que reflexionamos sobre cada una de sus partes y necesariamente vemos su profundidad; y, cuán grande sea la excelencia que tienen, lo descubrimos hasta por este mismo hecho de que no podemos imitarla.

9 Y no sólo será útil parafrasear textos ajenos, sino también tratar nuestros escritos de muchas maneras, de modo que tomemos con particular intención ciertos pensamientos y los expresemos en el mayor número posible de formas de acuerdo con el ritmo, igual que de una misma cera se suelen modelar una y otra vez diferentes figuras. **10** Pero creo que la mayor facilidad se obtiene de cualquier materia sencillísima. Porque detrás de aquella múltiple diversidad de personas, casos jurídicos, circunstancias de tiempo, lugares, dichos y hechos, se oculta fácilmente la inseguridad, al ofrecerse de una parte y de otra tal número de cosas, de las que puedas tomar alguna —para

rebus, ex quibus aliquam adprehendas, offerentibus. **11** illud virtut <is iustum> indicium est, fundere quae natura contracta sunt, augere parva, varietatem similibus, voluptatem expositis dare et bene dicere multa de paucis.

In hoc optime facient infinitae quaestiones, quas vocari thesis diximus, quibus Cicero iam princeps in re publica exerceri solebat. **12** his confinis est destructio et confirmatio sententiarum. nam cum sit sententia decretum quoddam atque praeceptum, quod de re, idem de iudicio rei quaeri potest. tum loci communes, quos etiam scriptos ab oratoribus scimus. nam qui haec recta tantum et in nullos flexus recedentia copiose tractaverit, utique in illis plures excursus recipientibus magis abundabit eritque in omnis causas gratus: **13** omnes enim generalibus quaestionibus constant. nam quid interest 'Cornelius tribunus plebis, quod codicem legerit, reus sit', an quaeramus: 'violeturne maiestas, si magistratus rogationem suam populo ipse recitarit?' 'Milo Clodium rectene occiderit' veniat in iudicium, an 'oporteatne insidiatorem interfici vel perniciosum rei publicae civem, etiam si non insidietur': 'Cato Marciam honestene tradiderit Hortensio' an 'conveniatne res talis bono viro'. de personis iudicatur, sed de rebus contenditur. **14** declamationes vero, quales in scholis rhetorum dicuntur, si modo sunt ad veritatem accommodatae

hablar. **11** La prueba valiosa de esta magistral virtud es amplificar lo que por su naturaleza es algo reducido, aumentar lo pequeño, hacer variaciones de lo que es parecido, comunicar encanto a cosas ya expuestas y hablar bien mucho de pocas cosas (característica de la segunda Sofística en Roma, que acepta Quintiliano en su propia teoría; cf. G. Kennedy, *Quintilian*, New York 1969, y Otto A. Baumhauer, *Die Sophistische Rhetorik, Eine Theorie der sprachlichen Kommunikation*, Stuttgart 1986, p. 25).

En este aspecto ofrecerán extraordinaria ayuda las cuestiones de carácter general *(quaestiones infinitae)*, que dijimos se llaman *thesis* (sin relación con personas y circunstancias de lugar; cf. Libro 3, 5, 5), que Cicerón solía ya practicar cuando era la primera autoridad en la República (cf. su *Carta a Ático* 9, 4). **12** Próximas a éstas tenemos la *refutación* y la *demostración* de verdades generales. Pues como una verdad de este género contiene una especie de decisión jurídica y un mandato, lo que puede cuestionarse acerca de su realidad, lo mismo cabe hacer del mismo juicio emitido. A este ámbito pertenecen los *lugares comunes* (puntos de vista común —*tópoi*— que se aplican siempre a determinados motivos, materia estudiada por Aristóteles y Cicerón, véase Libro 2, 1, 9 ss. y 4, 22), sobre los que conocemos han dejado también escritos los oradores. Porque quien es capaz de tratar, con abundancia de palabra, estos temas solamente, que se desarrollan de un modo directo y que no permiten digresiones ningunas, más rebosará de lenguaje con toda seguridad en aquellos otros que admiten más digresiones, y estará gratamente preparado para todos los casos jurídicos: **13** pues todos ellos se fundamentan en cuestiones generales. Porque ¿qué diferencia hay en preguntar si debe ser acusado Cornelio, tribuno del pueblo, porque leyó el proyecto de ley, o decir que hay una lesión de la majestad del Estado, si un magistrado hubiera personalmente leído al pueblo su propia propuesta? ¿O si llega a un juez la acusación de que Milón mató a Clodio con todo derecho? ¿O si es lícito matar a un terrorista, o a un ciudadano que es un peligro para toda la república, aunque no cometa ningún atentado? ¿O si Catón actuó moralmente, cuando entregó su esposa Marcia a Hortensio, o preguntar si una acción de este género es digna de un hombre honorable? (cf. Libro 4, 3, 13 y Cic., *Orat. fragm.* VII, 29). La sentencia versa sobre personas concretas, pero la discusión de derecho tiene que ver con el hecho en sí mismo. **14** Las *declamaciones*, por su parte, como son las que tienen lugar en las escuelas de los maestros de Retórica, si responden a la rea-

et orationibus similes, non tantum dum adulescit profectus, sunt utilissimae, quae inventionem dispositionem pariter exercent, sed etiam cum est consummatus ac iam in foro clarus: alitur enim atque enitescit velut pabulo laetiore facundia et adsidua contentionum asperitate fatigata renovatur. **15** quapropter historiae nonnumquam ubertas in aliqua exercendi stili parte ponenda et dialogorum libertate gestiendum. ne carmine quidem ludere contrarium fuerit, sicut athletae, remissa quibusdam temporibus ciborum atque exercitationum certa necessitate, otio et iucundioribus epulis reficiuntur. **16** ideoque mihi videtur M. Tullius tantum intulisse eloquentiae lumen, quod in hos quoque studiorum secessus excurrit. nam si nobis sola materia fuerit ex litibus, necesse est deteratur fulgor et durescat articulus et ipse ille mucro ingenii cotidiana pugna retundatur.

17 Sed quem ad modum forensibus certaminibus exercitatos et quasi militantis reficit ac reparat haec velut sagina dicendi, sic adulescentes non debent nimium in falsa rerum imagine detineri et inanibus simulacris usque adeo, ut difficilis ab his digressus sit, adsuefacere, ne ab illa, in qua prope consenuerunt, umbra vera discrimina velut quendam solem reformident. **18** quod accidisse etiam M. Porcio Latroni, qui primus clari nominis professor fuit, traditur, ut, cum ei summam in scholis opinionem optinenti causa in foro esset oranda, inpense petierit, uti subsellia in basili-

lidad de las cosas y son semejantes a discursos auténticos, no solamente son utilísimas mientras está madurando el progreso de los jóvenes, ya que ellas hacen ejercitar al mismo tiempo la *invención* (investigación de los contenidos) y su *ordenación,* sino también cuando ha llegado a su plenitud y ya brilla en el Foro; pues el don de la palabra se nutre y comienza a tomar más alegre color como si hubiese recibido alimento más sabroso y, fatigado por la incesante dureza de los pleitos, renueva sus fuerzas. **15** Por esta razón debe aplicarse alguna vez la abundancia de expresiones, propia de la narración histórica, como tarea en algún marco de los ejercicios estilísticos, como también habrá de desearse ardientemente la forma literaria de los *diálogos.* Ni siquiera será contrario a este ejercicio el ensayar a modo de distracción la composición de alguna poesía, así como los atletas, dejando durante algún tiempo la estricta limitación, que les impone la prescripción de los alimentos y de los entrenamientos, se recobran con el descanso y con manjares más gustosos. **16** Y por eso me parece que M. Tulio Cicerón dio tan gran esplendor a la elocuencia, porque supo encontrar un camino para dirigirse también a estos apartados lugares del estudio. Pues si sólo tomásemos nuestro material de estudios de los casos procesales, por necesidad se deterioraría nuestra brillantez, el músculo se pondría rígido y hasta la misma agudeza del espíritu se embotaría con la lucha diaria.

17 Pero igual que éste, por decir así, *cebo grasiento* de hablar restablece y remoza a los que se ejercitan en las luchas del Foro y en cierta manera se hallan en una campaña militar, así no deben dejarse encadenar demasiado los jóvenes por la falsa apariencia de la realidad y acostumbrarse hasta tal punto a sus vacíos fantasmas, que les sea difícil el apartarse de ellos, para que salidos de aquella oscuridad, en la que casi llegaran a viejos, no sientan temor ante los verdaderos peligros como ante un sol deslumbrante (¿alusión al mito platónico de la caverna? *Rep.* 514b ss.). **18** Esto es lo que se dice haber ocurrido también a M. Porcio Ladrón (gran maestro de la declamación, amigo de Séneca padre), que fue el primer *profesor* de nombre ilustre (profesor, término técnico de 'enseñante público', vocablo quizás original de Cornelio Celso, que escribió una obra sobre medicina —*De re medica*— en 12 libros, Prefacio, 4; cf. Quintil. 1, 9, 15 y 12, 11, 20), quien teniendo ya un alto prestigio entre las Escuelas de Retórica y debiendo intervenir con un discurso dentro de un proceso en el Foro, rogó encarecidamente que le trasladaran los asientos (la sesión) a la

cam transferrentur. ita illi caelum novum fuit, ut omnis eius eloquentia contineri tecto ac parietibus videretur. **19** quare iuvenis, qui rationem inveniendi eloquendique a praeceptoribus diligenter acceperit (quod non est infiniti operis, si docere sciant et velint), exercitationem quoque modicam fuerit consecutus, oratorem sibi aliquem, quod apud maiores fieri solebat, deligat, quem sequatur, quem imitetur: iudiciis intersit quam plurimis et sit certaminis, cui destinatur, frequens spectator. **20** tum causas vel easdem, quas agi audierit, stilo et ipse componat, vel etiam alias, veras modo, et utrimque tractet et, quod in gladiatoribus fieri videmus, decretoriis exerceatur, ut fecisse Brutum diximus pro Milone. melius hoc quam rescribere veteribus orationibus, ut fecit Cestius contra Ciceronis actionem habitam pro eodem, cum alteram partem satis nosse non posset ex sola defensione.

21 Citius autem idoneus erit iuvenis, quem praeceptor coegerit in declamando quam simillimum esse veritati et per totas ire materias, quarum nunc facillima et maxime favorabilia decerpunt. obstant huic, quod secundo loco posui, fere turba discipulorum et consuetudo classium certis diebus audiendarum, nonnihil etiam persuasio patrum numerantium potius declamationes quam aestimantium. **22** sed, quod dixi primo, ut arbitror, libro, nec ille se bonus praeceptor maiore numero quam sustinere possit onerabit et nimiam loquacitatem recidet, ut omnia, quae sunt in controversia, non, ut quidam volunt, quae in rerum natura, dicantur, et vel longiore potius dierum spatio laxabit dicendi

basílica (edificio con pórtico en la antigua de Roma, que albergaba tribunales y mercados). Tan extraño le fue aquel cielo —al aire libre—, que toda su elocuencia pareciera estar limitada a un techo y cuatro paredes. **19** Por lo cual, el joven que ya hubiere aprendido cuidadosamente de sus maestros la doctrina sobre la búsqueda de materiales (invención) y el modo de exponerlos (disposición y elocución) —que no es un trabajo sin fin, si quieren y saben enseñarlos esos maestros—, y hubiere también adquirido mediano entrenamiento, elíjase algún orador, lo que generalmente se hacía entre nuestros antepasados, a quien siga, a quien imite: que asista al mayor número de juicios posibles y sea frecuente espectador en el debate que se le asigne. **20** Después reelabore él mismo por escrito los discursos procesales, o los mismos que él haya oído pronunciar o también otros, pero sólo los que realmente se hayan pronunciado, y trátelos desde las dos partes —acusación y defensa— y, como vemos se hace en la lucha de gladiadores, entrénese en contiendas decisivas, según dijimos haber hecho Bruto con un discurso en defensa de Milón (Libros 3, 6, 93 y 10, 1, 23). Esto es mejor que escribir discursos de réplica contra discursos antiguos, como hizo Cestio Galo (legado de Nerón en Siria, sustituido por Vespasiano, Tác., *Hist.* 5, 10, si no se trata de otro en tiempo de Augusto) contra el discurso de Cicerón, pronunciado en defensa del mismo Milón, ya que Cestio no podía haber conocido suficientemente la parte contraria por sola la defensa.

quod est maius, homini fuit. **12** et nos secundum communem potius loquendi consuetudinem quam ipsam veritatis regulam divisione hac utimur, ut ab eo, quod deceat, utilitatem separemus: nisi forte prior ille Africanus, qui patria cedere quam cum tribuno plebis humillimo contendere de innocentia sua maluit, inutiliter sibi videtur consuluisse, **13** aut P. Rutilius, vel cum illo paene Socratico genere defensionis est usus, vel cum revocante eum P. Sulla manere in exilio maluit, quod sibi maxime conduceret nesciebat. hi vero parva illa, quae abiectissimus quisque animus utilia credit, si cum virtute conferantur, despicienda iudicaverunt, ideoque perpetua saeculorum admiratione celebrantur. neque nos simus tam humiles, ut quae laudamus inutilia credamus. **14** sed hoc qualecumque discrimen raro admodum eveniet. ceterum idem fere, ut dixi, in omni genere causarum et proderit et decebit: est autem quod omnis et semper et ubique deceat, facere ac dicere honeste, contraque neminem umquam ullo in loco turpiter. minora vero quaeque sunt ex mediis, plurima sunt talia, ut aliis sint concedenda, aliis non sint, aut pro persona, tempore, loco, causa magis ac minus vel excusata debeant videri vel reprehendenda. **15** cum dicamus autem de rebus aut alienis aut nostris, dividenda ratio est eorum, dum sciamus pleraque neutro loco convenire.

In primis igitur omnis sui vitiosa iactatio est, eloquentiae tamen in oratore praecipue, adfertque audientibus non fastidium modo, sed plerumque etiam odium. **16** habet enim mens nostra natura sublime quiddam et erectum et inpatiens superioris: ideo-

para su absolución, pero lo fue, lo que es grandeza mayor, para el hombre (cf. Cic., *De orat.* 1, 54-231-234). **12** Y nosotros, más de acuerdo con la común costumbre de hablar que con la misma norma de la verdad, usamos esta división (útil y conveniente) para separar la *utilidad* de lo que es *conveniente;* a no ser que parezca se haya aconsejado *inútilmente* a sí mismo Africano el Mayor (conquistador de Cartagena y vencedor de Aníbal), quien prefirió salir de su patria, que debatir en un proceso público acerca de su vida intachable con un tribuno de la plebe de ínfimo rango, **13** o P. Rutilio ignoraba lo que era más ventajoso a su persona, bien cuando usó aquel género de defensa casi socrático (por ser consciente de su irreprochable gobierno, en la provincia de Asia), o cuando después de volver a llamarlo P. Sula, prefirió permanecer en el exilio. Pero estos hombres juzgaron despreciables aquellas pequeñas ventajas —que cualquier espíritu vilísimo tiene por provechosas—, cuando se las compara con la honorabilidad del hombre (conciencia estoica), y por eso gozan de la continua admiración de los siglos. Así no debemos pensar nosotros tan bajamente que consideremos *inútiles* las actitudes que alabamos. **14** Pero esta separación —entre lo útil y lo conveniente—, de cualquier género que ella sea, ocurre muy pocas veces. Por lo demás, como dije, una misma cosa será por lo general tanto *útil* como *conveniente* en toda clase de procesos judiciales; y lo que está bien para todos, siempre y en todo lugar, consiste en hacer y decir lo que es honroso y, por el contrario, que nadie diga o haga jamás en lugar alguno lo que le cause deshonra. Pero las cosas menores y las que ocupan un lugar intermedio —entre el honor y el deshonor— son en su mayoría de tal naturaleza que se han de conceder unas y negar otras, o parece que se deban dar más o menos por excusables o merecedoras de reprensión según las circunstancias de la persona, tiempo, lugar, y motivación. **15** Y como al hablar como oradores tratamos de cosas que afectan a las ajenas o a las nuestras, su consideración debe guardar esta división, cuando sepamos que la mayor parte de ellas no se adaptan bien a ninguno de estos dos grupos.

Por tanto, toda jactancia de sí mismo es sobre todo un error, pero principalmente la de la elocuencia en la persona del orador, y no sólo produce hastío en los oyentes, sino por lo general también indignación. **16** Porque por naturaleza tiene nuestra alma un algo de altivez y de erguida consciencia, y algo que no soporta la superioridad de otra persona; y por eso elevamos de

que abiectos aut summittentes se libenter allevamus, quia hoc facere tamquam maiores videmur, et quotiens discessit aemulatio, succedit humanitas. at qui se supra modum extollit, premere ac despicere creditur nec tam se maiorem quam minores ceteros facere. **17** inde invident humiliores (hoc vitium est eorum, qui nec cedere volunt nec possunt contendere), rident superiores, improbant boni. plerumque vero deprendas adrogantium falsam de se opinionem, sed in veris quoque sufficit conscientia.

Reprehensus est in hac parte non mediocriter Cicero, quamquam is quidem rerum a se gestarum maior quam eloquentiae fuit in orationibus utique iactator. **18** et plerumque illud quoque non sine aliqua ratione facit. aut enim tuebatur eos, quibus erat adiutoribus usus in obprimenda coniuratione, aut respondebat invidiae: cui tamen non fuit par, servatae patriae poenam passus exilium, ut illorum, quae egerat in consulatu, frequens commemoratio possit videri non gloriae magis quam defensioni data. **19** eloquentiam quidem, cum plenissimam diversae partis advocatis concederet, sibi numquam in agendo inmodice adrogavit. illius sunt enim: 'si, iudices, ingeni mei quod sentio quam sit exiguum', et: 'quod ingenio minus possum, subsidium mihi diligentia comparavi'. **20** quin etiam contra Q. Caecilium de accusatore in Verrem constituendo, quamvis multum esset in hoc quoque momenti, uter ad agendum magis idoneus veniret, dicendi tamen facultatem magis illi detraxit quam adrogavit sibi, seque non consecutum, sed 'omnia fecisse ut posset eam consequi' dixit. **21** in epistulis aliquando familiariter apud amicos, nonnumquam in dialogis, aliena tamen persona verum de eloquentia sua dicit. et aperte tamen gloriari nescio an sit magis tolerabile vel ipsa vitii huius simplicitate, quam illa in iactatione

buen grado a los abatidos y a los que a sí mismos se rebajan, porque parecemos como más grandes cuando esto hacemos, y una vez que se ha retirado la emulación celosa, aparece el sentimiento de humanidad. Mas quien se ensalza sobre toda medida, es tenido por opresor y despreciador, y no tanto se hace mayor a sí mismo como inferiores a los demás. **17** De ahí que los envidien los que son de más baja condición (es éste el defecto moral de aquellos, que ni están dispuestos a retirarse ni pueden competir), los que son mejores se ríen de ellos, los buenos desaprueban su modo de ser. Realmente puedes las más veces descubrir la falsa opinión que de sí tienen los arrogantes, mientras en los méritos verdaderos basta también la propia consciencia (sin buscar ensalzamientos).

Bajo este punto de vista no ha recibido Cicerón menguada reprimenda, aunque ciertamente en sus discursos se jactó en todo caso más de sus actos que de su elocuencia. **18** Y por lo general lo hizo también no sin razón alguna. Pues o bien defendía a aquellos de cuyos apoyos se sirvió para reprimir la conjuración (de Catilina), o respondía a la envidia; sin embargo, no pudo hacer frente a ésta, sufriendo el destierro como castigo por haber salvado a la patria; de modo que la frecuente mención de aquellas decisiones, que había tomado durante su consulado (63 a. d. C.), bien puede parecer no haber servido más a su gloria que a su defensa. **19** Porque mientras a los abogados de la parte contraria les reconocía elocuencia, y ciertamente en su más alto grado, jamás se la atribuyó a sí mismo de modo exagerado cuando intervenía en un juicio, pues suyas son estas palabras: *Si algún talento tengo, jueces, que considero cuán menguado es (Pro Arch.* 1), y estas otras: *Lo poco que puedo con mi talento, procuré suplírmelo con la ayuda de mi esfuerzo (Pro Quinct.* 1, 4). **20** Más aún, hasta cuando habló contra Quinto Cecilio sobre el acusador que debía nombrarse para abrir el proceso contra Verres, si bien era de tanta importancia en este punto quién de los dos sería el más idóneo abogado para asumir la acusación, le quitó, sin embargo, al otro la facultad para ese fin más que atribuírsela a sí mismo, y no dijo que él la había conseguido, sino que *había hecho todo para poder conseguirla (Divin. in Caecilium* 12, 40). **21** En sus cartas alguna vez dice la verdad acerca de su propia elocuencia, confidencialmente al círculo de sus amigos, ocasionalmente también en los Diálogos, pero en persona ajena. Y, sin embargo, no sé si es más tolerable gloriarse abiertamente con la simplicidad que en sí delata este error, que aquella

perversa, si abundans opibus pauperen se et nobilis obscurum et potens infirmum et disertus imperitum plane et infantem vocet. **22** ambitiosissimum gloriandi genus est etiam deridere. ab aliis ergo laudemur: nam ipsos, ut Demosthenes ait, erubescere, etiam cum ab aliis laudabimur, decet. neque hoc dico, non aliquando de rebus a se gestis oratori esse dicendum, sicut eidem Demostheni pro Ctesiphonte: quod tamen ita emendavit, ut necessitatem id faciendi ostenderet invidiamque omnem in eum regereret, qui hoc se coegisset. **23** et M. Tullius saepe dicit de oppressa coniuratione Catilinae, sed modo id virtuti senatus, modo providentiae deorum inmortalium adsignat. plerumque contra inimicos atque obtrectatores plus vindicat sibi: **24** erant enim illa tuenda, cum obicerentur. in carminibus utinam pepercisset, quae non desierunt carpere maligni:

cedant arma togae, concedat laurea linguae

et

o fortunatam natam me consule Romam!

et 'Iovem illum, a quo in concilium deorum advocatur', et 'Minervam, quae artes eum edocuit': quae sibi ille secutus quaedam Graecorum exempla permiserat. **25** Verum eloquentiae ut indecora iactatio, ita nonnumquam concedenda fiducia est. nam quis reprendat haec: 'quid putem? contemptumne me? non video nec in vita nec in gratia nec in rebus gestis nec in hac mea mediocritate ingenii, quid despicere possit Antonius': **26** et paulo post apertius: 'an decertare mecum voluit contentione dicendi? hoc quidem est beneficium. quid enim plenius, quid uberius quam mihi et pro me et contra Antonium dicere?'.

otra perversa ingenuidad, presente en la jactancia, cuando uno, que nada en riquezas se llame a sí mismo pobre, desconocido el de noble alcurnia, sin fuerza el poderoso, y por entero inculto y sin habla el orador elocuente. **22** El modo más presuntuoso entre todos de gloriarse es también cuando la jactancia se sirve de la burla. Dejemos, por tanto, que nos alaben los otros; pues, como dice Demóstenes, es cosa honrosa sentirse uno mismo ruborizado, hasta cuando somos alabados por otros. Y con esto no quiero decir que el orador no deba hablar alguna vez de las hazañas llevadas a cabo por él mismo, como habló el mismo Demóstenes en su defensa de Ctesifonte (Discurso por la corona, 18, 128). Lo que atenuó, sin embargo, de tal manera que mostró la necesidad de hacerlo, y desvió toda la odiosidad de este acto contra aquel que le obligó a este recurso. **23** También M. Tulio habla muchas veces sobre el aplastamiento de la conjuración de Catilina, pero unas veces la atribuye a la valentía del Senado, otras a la providencia de los dioses inmortales. En la mayoría de los casos se reivindica más a sí contra sus enemigos y calumniadores; **24** pues había que defender aquellos actos, cuando se los echaban en cara. ¡Ojalá hubiese sido parco en sus *Poemas*, que no dejaron de entresacar contra él tipos malignos!, como este verso:

¡Cedan a la toga las armas, dese el laurel a la lengua!

y este otro:

¡Oh Roma afortunada, siendo yo cónsul
en nuevo nacimiento recobrada!

Y *¡Aquel Júpiter, que le llamó al Consejo de los dioses!*, y *¡Y a Minerva, que le enseñó las artes!*, versos que él se había permitido siguiendo algunos ejemplos de autores griegos (cf. *Fragm. Poet. Rom.* 16, 17 y 21, véase Ed. Morel, pp. 72 y 73, y Libro 9, 4, 41). **25** Pero igual que es un baldón la jactancia de la elocuencia, así es lícito alguna vez proclamar la confianza en ella. Porque ¿quién censurará lo siguiente?: «*¿Qué debo pensar? ¿Que se me desprecia? Ni en mi vida, ni en mi influencia, ni en mis acciones, ni en esta mi mediocridad de talento veo algo que pueda Antonio mirar con desprecio*» (*Phil.* 2, 1, 2); **26** y poco después con más claridad todavía: *¿Acaso quiso competir conmigo en oratoria? Esto sería para mí un beneficio. Porque ¿qué podría yo decir con más plenitud, qué con más profusión, que al hablar tanto en mi favor como contra Antonio?* (*Phil.* 2, 2).

27 Adrogantes et illi, qui se iudicasse de causa nec aliter adfuturos fuisse proponunt. nam et inviti iudices audiunt praesumentem partes suas, nec hoc oratori contingere inter adversarios, quod Pythagorae inter discipulos contigit, potest: 'ipse dixit'. sed istud magis minusve vitiosum est pro personis dicentium: **28** defenditur enim aliquatenus aetate, dignitate, auctoritate: quae tamen vix in ullo tanta fuerint, ut non hoc adfirmationis genus temperandum sit aliqua moderatione sicut omnia, in quibus patronus argumentum ex se ipso petet. quod fuisset tumidius, si accipiendum criminis loco negasset Cicero equitis Romani esse filium se defendente, at ille fecit hoc etiam favorabile coniungendo cum iudicibus dignitatem suam: 'equitis Romani autem esse filium criminis loco poni ab accusatoribus, neque his iudicantibus oportuit nec defendentibus nobis'.

29 Impudens, tumultuosa, iracunda actio omnibus indecora, sed ut quisque aetate, dignitate, usu praecedit, magis in ea reprendendus. videas autem rixatores quosdam neque iudicum reverentia neque agendi more ac modo contineri, quo ipso mentis habitu manifestum sit, tam in suscipiendis quam in agendis causis nihil pensi habere. **30** profert enim mores plerumque oratio et animi secreta detegit: nec sine causa Graeci prodiderunt, 'ut vivat, quemque etiam dicere'. humiliora illa vitia: summissa adulatio, adfectata scurrilitas, in rebus ac verbis parum modestis ac pudicis vilis pudor, in omni negotio neglecta auctoritas. quae fere accidunt iis, qui nimium aut blandi esse aut ridiculi volunt.

31 Ipsum etiam eloquentiae genus alios aliud decet: nam neque tam plenum et erectum et audax et praecultum senibus convenerit quam pressum et mite et limatum et quale intellegi vult Cicero, cum dicit, orationem suam coepisse 'canescere', sicut

27 Arrogantes son también aquellos que comienzan aclarando que su juicio sobre la causa está ya tomado, y que ni en otros casos podrá haber sido diferente. Pues los jueces oyen también de mala gana que alguien les usurpe su papel, y el orador no puede tener entre sus adversarios la suerte que tuvo Pitágoras entre sus alumnos con el apodíctico: '*¡El mismo lo ha dicho!*' (Autòs épha; cf. Cic., *De div.* 1, 5, 10). Pero eso es más o menos censurable, según la personalidad de los que así hablan; **28** Pues hasta cierto punto queda disculpado por su edad, su dignidad, su autoridad; sin embargo, apenas podrán ser éstas de tal grandeza en uno, que no se deba de atenuar este modo de hablar con algún giro moderado, como todas las cosas en las que el abogado sacará una prueba a partir de su persona. Lo cual hubiera sonado a mayor altanería, si Cicerón hubiese afirmado, en el lugar donde él hacía su defensa, que no era un delito ser hijo de un *caballero romano;* pero él hizo hasta favorable esta circunstancia al vincular su dignidad con la de los jueces: *Y si los acusadores ponen como delito el ser hijo de un caballero romano, no debió acontecer esto, ni siendo 'éstos' los jueces, ni siendo 'yo' el defensor de la causa (Pro Cael.* 2, 4).

29 Una intervención abogacial descarada, alborotadora, iracunda, es deshonrosa para todos, pero igual que uno avanza en edad, dignidad y experiencia, tanto más se hace reprensible por esa conducta. Pero puedes ver que ciertos pendencieros ni se contienen por respeto a los jueces ni por su costumbre y mesura de actuar ante los tribunales, por lo que a través de su actitud mental se hace manifiesto que les tiene sin cuidado ser tanto los que aceptan casos litigiosos como los que asumen su defensa. **30** Porque el discurso revela por lo general la clase de caracteres y descubre los secretos del corazón; y no sin razón dejaron escrito los griegos: *Como uno vive, así también habla.* De más baja ralea son los defectos siguientes: la adulación servil, la afectada chocarrería, la despreciable desvergüenza en las cosas y palabras poco moderadas y honestas, la autoridad despreciada en toda actividad. Estos defectos ocurren las más veces en aquellos que quieren ser o demasiado lisonjeros o provocadores de la risa.

31 Aun el mismo género de elocuencia conviene a unos de diferente manera que a otros; porque ni a los ancianos les convendrá tanto un estilo abundoso, elevado, atrevido y rico de adornos, como el estilo conciso, suave y limado, y como el que quiere dar a entender Cicerón cuando dice que su discurso había

vestibus quoque non purpura coccoque fulgentibus illa aetas satis apta sit. **32** in iuvenibus etiam uberiora paulo et paene periclitantia feruntur. at in isdem siccum et sollicitum et contractum dicendi propositum plerumque adfectatione ipsa severitatis invisum est, quando etiam morum senilis auctoritas inmatura in adulescentibus creditur. **33** simpliciora militaris decent. philosophiam ex professo, ut quidam faciunt, ostentantibus parum decori sunt plerique orationis ornatus maximeque ex adfectibus, quos illi vitia dicunt. verba quoque exquisitiora et compositio numerosa tali proposito diversa. **34** non enim solum illa laetiora, qualia a Cicerone dicuntur 'saxa atque solitudines voci respondent', sed etiam illa, quamquam plena sanguinis 'vos enim iam, Albani tumuli atque luci, vos, inquam, imploro atque testor, vosque Albanorum obrutae arae, sacrorum populi Romani sociae et aequales' non conveniant barbae illi atque tristitiae. **35** at vir civilis vereque sapiens, qui se non otiosis disputationibus, sed administrationi rei publicae dederit, a qua longissime isti, qui philosophi vocantur, recesserunt, omnia, quae ad efficiendum oratione quod proposuerit valent, libenter adhibebit, cum prius, quid honestum sit efficere, in animo suo constituerit. **36** est quod principes deceat, aliis non concesseris. imperatorum ac triumphalium separata est aliqua ex parte ratio eloquentiae, sicut Pompeius abunde disertus rerum suarum narrator, et hic, qui bello civili se interfecit, Cato eloquens senator fuit. **37** idem dictum saepe in alio liberum, in alio furiosum, in alio superbum est. verba adversus Agamemnonem a Thersite habita ridentur: da illa Diomedi aliive cui pari, magnum animum ferre prae se videbuntur. 'ego te' inquit 'consulem putem', L. Crassus Philip-

empezado a *echar canas (Bruto* 2, 8), igual que esa misma edad va también mejor con vestidos no relucientes de púrpura y escarlata. **32** En los jóvenes se tolera hasta un lenguaje algo más rico en palabras y expresiones casi atrevidas. En estos mismos, por el contrario, el propósito de hablar en un estilo seco, cauteloso y escueto se hace odioso las más veces por la misma afectación de seriedad, por cuanto la autoridad de las costumbres, acorde con la edad senil, pierde credibilidad en los adolescentes. **33** A los que profesan la vida militar corresponden formas de hablar más sencillas. A los que de propósito exhiben ostentativamente su dedicación a la Filosofía, como hacen algunos, la mayoría de los adornos del discurso les sirve de poca belleza, y muy especialmente los que se originan de los sentimientos, que ellos llaman 'vicios' (teoría estoica). En contradicción con tal finalidad filosófica están también las expresiones más escogidas y la unión rítmica de la palabra. **34** Porque no sólo no caen bien a la barba aquella de filósofo y a su triste seriedad las más lozanas expresiones, como las que dice Cicerón, *peñascos y soledades responden a su voz (Pro Arch.* 8, 19), sino también aquellas otras, aunque pletóricas de vigorosa sangre: *¡Sí, a vosotros ahora, collados y bosques albanos, a vosotros, vuelvo a decir, imploro y conjuro , y a vosotros, altares soterrados de los albanos, compañeros y coetáneos de los sacrificios del pueblo romano! (Pro Mil.* 31, 85). **35** Por el contrario, un hombre consciente de su rango de ciudadano romano y verdaderamente sabio, que se haya dedicado no a disputas vacías, sino al gobierno de la república, del que se alejaron de modo absoluto los que se llaman filósofos, aplicará con gusto todo lo que tiene fuerza para hacer prevalecer en su discurso cuanto se haya propuesto como meta, una vez que tenga antes seguro en su espíritu qué es honroso hacer prevalecer. **36** Hay algo que conviene a los príncipes, y que no se puede permitir a otros. Desde cierta perspectiva hay una separada norma de elocuencia, propia de los grandes generales y de los que celebran su triunfo en Roma, cual Pompeyo, narrador muy elocuente de sus gestas, y Catón, éste que se quitó la vida en la guerra civil (en Utica, 46 a. d. C.), fue un senador elocuente. **37** Una misma expresión es muchas veces signo de libre franqueza en uno, en otro de pura locura, en otro de altanería. Las palabras que contra Agamenón dice Tersites son ridículas *(Ilíada* 2, 225-242); pero ponlas en labios de Diomedes o de otro héroe, a él comparable, parecerán hacer ostentación de una gran valentía. *¿Yo te debería tener a ti por cónsul* —dijo

po, 'cum tu me non putes senatorem?' vox honestissimae libertatis, non tamen ferres quemcumque dicentem. **38** negat se magni facere aliquis poetarum, 'utrum Caesar ater an albus homo sit', insania: verte, ut idem Caesar de illo dixerit, adrogantia est. maior in personis observatio est apud tragicos comicosque: multis enim utuntur et variis. eadem et eorum, qui orationes aliis scribebant, fuit ratio et declamantium est: non enim semper ut advocati, sed plerumque ut litigatores dicimus.

39 Verum etiam in iis causis, quibus advocamur, eadem differentia diligenter est custodienda. utimur enim fictione personarum et velut ore alieno loquimur, dandique sunt iis, quibus vocem accommodamus, sui mores. aliter enim P. Clodius, aliter Appius Caecus, aliter Caecilianus ille, aliter Terentianus pater fingitur. **40** quid asperius lictore Verris 'ut adeas, tantum dabis', quid fortius illo, cuius inter ipsa verberum supplicia una vox audiebatur 'civis Romanus sum'? quam dignae Milonis in peroratione ipsa voces eo viro, qui pro re publica seditiosum civem totiens conpescuisset quique insidias virtute superasset! **41** denique non modo quot in causa totidem in prosopopoeia sunt varie-

L.Craso a Filipo—, *cuando tú no me tienes a mí por senador?*, es un pensamiento propio de una honrosísima libertad, pero no tolerarías que lo diga otro cualquiera (cf. *Orat. Rom. Fr.*, p. 252, ed. Muench). **38** Alguno de los poetas (Catulo, poco estimado de Cicerón y lógicamente de Quintiliano) dice que no le importa gran cosa *'si César es hombre negro o blanco'* (C. 93): pura locura. Supón, por el contrario, que es César quien dice lo mismo sobre aquel poeta; he aquí una expresión de arrogancia. Mayor es el cuidado que los autores de tragedias y comedias ponen en la interpretación de las personas; porque describen muchas y diferentes. El mismo procedimiento fue el de aquellos que escribían discursos a otros (los *logógrafos* en Atenas), y lo es el de los declamadores; pues no siempre hablamos como abogados, sino por lo común como partes litigantes.

39 De hecho también en los casos de litigio, a que somos llamados en función de abogados, hay que guardar cuidadosamente la misma distinción. Porque asumimos el papel de las personas y hablamos como por boca ajena, y a las personas, a las que ajustamos nuestra palabra, hemos de darles su propio modo de ser. De distinta manera se representa, en efecto, P. Clodio (tribuno de la plebe, enemigo de Cicerón, a quien forzó al destierro por una ley, en la que se imponía tal pena a quien hiciera ejecutar a un ciudadano romano sin previo juicio); de otra, Apio el Ciego (Censor, constructor de la Vía Apia, a partir de la Puerta Capena hasta Capua, después hasta Brindis); de otra diferente, un padre en la comedia de Estacio Cecilio (contemporáneo de Ennio; cf. *Cic. ad Att.* 7, 3, y Horacio, *Epist.* 2, 1), y de otra, un padre en la de Terencio (Publio Terencio Afro, 195-159 a. d. C., Comedia *Los hermanos).* **40** ¿Qué suena con mayor aspereza que la frase del Lictor de Verres, *para entrar, tendrás de pagar tanto? (Verr.* 5, 45, 118; cf. lugar citado en Libro 9, 4, 71). ¿Qué más valiente que la voz de aquel de quien, en medio mismo de los azotes, impuestos como castigo, se oía como único grito *'Soy ciudadano romano'? (Verr.* 5, 62, 102; véase Libro 9, 4, 102, y *Hechos de Apóst.* 24, 25-29). ¡Qué dignas de tal hombre, en la peroración misma del discurso, las palabras de Milón, que tantas veces había refrenado a un ciudadano subversivo en defensa de la república, y que con valentía había dominado sus emboscadas! (cf. *Pro. Mil.* 34, 94, y antes Libro 6, 1, 25). **41** Por último, no sólo hay en los casos procesales tantas formas de presentar las personas como son las que hay en las *prosopopeyas*, sino que en

tates, sed hoc etiam plures, quod in his puerorum, feminarum, populorum, mutarum etiam rerum adsimulamus adfectus, quibus omnibus debetur suus decor. **42** eadem in iis, pro quibus agemus, observanda sunt: aliter enim pro alio saepe dicendum est, ut quisque honestus, humilis, invidiosus, favorabilis erit, adiecta propositorum quoque et ante actae vitae differentia. iucundissima vero in oratore humanitas, facilitas, moderatio, benevolentia. sed illa quoque diversa bonum virum decent: malos odisse, publica vice commoveri, ultum ire scelera et iniurias, et omnia, ut initio dixi, honesta.

43 Nec tantum quis et pro quo, sed etiam apud quem dicas interest: facit enim et fortuna discrimen et potestas, nec eadem apud principem, magistratum, senatorem, privatum, tantum liberum ratio est, nec eodem sono publica iudicia et arbitrorum disceptationes aguntur. **44** nam ut orantem pro capite sollicitudo deceat et cura et omnes ad amplificandam orationem quasi machinae, ita in parvis rebus iudiciisque vana sint eadem, rideaturque merito, qui apud disceptatorem de re levissima sedens dicturus utatur illa Ciceronis confessione, 'non modo se animo commoveri, sed etiam corpore ipso perhorrescere'. **45** quis vero nesciat, quanto aliud dicendi genus poscat gravitas senatoria, aliud aura popularis? cum etiam singulis iudicantibus non idem apud gravis viros quod levioris, non idem apud eruditum quod militarem ac rusticum deceat, sitque nonnumquam summittenda et contrahenda oratio, ne iudex eam vel intellegere vel capere non possit.

esta perspectiva forense son todavía más, porque en estos discursos aparentamos como nuestros los sentimientos de los muchachos, de las mujeres, de los pueblos, aun de las cosas mudas, a todos los cuales se debe la representación *conveniente.* **42** Las mismas exigencias deben observarse en las personas, cuya causa queremos defender en los procesos; pues muchas veces debemos hablar en favor del cliente de una manera distinta a como lo hacemos sobre otro, según y conforme se tratare de un hombre honrado, ínfimo, malquisto, querido, añadiendo también la diferencia de intenciones y de la vida pasada. Cualidades sin duda gratísimas en un orador son la afabilidad, accesibilidad, mesura, benevolencia. Pero también convienen a un hombre bueno aquellas otras actitudes contrarias: aborrecer a los malos, conmoverse en nombre de la comunidad, disponerse a castigar los crímenes e injusticias —y todo lo que es timbre de honor al hombre, como dije al principio (cf. n.º 14).

43 Y no sólo es importante quién habla y en defensa de quién, sino también ante quién habla; porque también establecen su diferencia la posición venturosa y el poder oficial, y no es un mismo el procedimiento ante el Príncipe (el César), ante un magistrado, ante un senador, ante una persona privada o una que es sólo un hombre libre; ni se tratan en un mismo tono los procesos ante Tribunales Públicos y las disputas en tribunales de arbitraje. **44** Porque igual que al que está haciendo una defensa, en una causa de pena capital, le está bien el insistente desasosiego y la preocupación y como todos los ardides para aumentar el discurso, así en los asuntos pequeños y juicios similares serían vanos esos mismos esfuerzos, y con razón sería objeto de risa el que, tomando asiento ante un juez de arbitraje, para hablar de una querella absolutamente insignificante, empleara la famosa declaración de Cicerón, cuando dijo que *«¡no sólo se hallaba con su corazón conmovido, sino que estaba también temblando con todo su propio cuerpo!» (Div. in Caecil.* 13, 41). **45** Pero ¿quién no sabría cuán diferente estilo de discurso exige la dignidad de un senador y otro distinto el que pide el aplauso del pueblo? Mas cuando también ante cada juez individual no conviene lo mismo en casos de personas importantes, que en los de menos importantes personas, ni conviene lo mismo respecto a un hombre culto que respecto a un soldado y un hombre del campo, y alguna vez tendrá uno que pronunciar un discurso sencillo y breve, no sea que el juez no pueda entenderlo o captarlo por completo.

46 Tempus quoque ac locus egent observatione propria: nam et tempus tum triste tum laetum, tum liberum tum angustum est, atque ad haec omnia componendus orator: **47** et loco publico privatone, celebri an secreto, aliena civitate an tua, in castris denique an foro dicas, interest plurimum, ac suam quidque formam et proprium quendam modum eloquentiae poscit: cum etiam in ceteris actibus vitae non idem in foro, curia, campo, theatro, domi facere conveniat, et pleraque, quae natura non sunt reprendenda atque adeo interim sunt necessaria, alibi quam mos permiserit, turpia habeantur. **48** illud iam diximus, quanto plus nitoris et cultus demonstrativae materiae, ut ad delectationem audientium compositae, quam, quae sunt in actu et contentione, suasoriae iudicialesque permittant.

Hoc adhuc adiciendum aliquas etiam, quae sunt egregiae dicendi virtutes, quo minus deceant, effici condicione causarum. **49** an quisquam tulerit reum in discrimine capitis, praecipueque si quis apud victorem et principem pro se ipse dicat, frequenti tralatione, fictis aut repetitis ex vetustate verbis, compositione quae sit maxime a vulgari usu remota, decurrentibus perihodis, quam laetissimis locis sententiisque dicentem? non perdant haec omnia necessarium periclitanti sollicitudinis colorem petendumque etiam innocentibus misericordiae auxilium? **50** moveaturne quisquam eius fortuna, quem tumidum ac sui iactantem et ambitiosum institorem eloquentiae in ancipiti sorte videat? non immo oderit reum verba aucupantem et anxium de fama ingenii et cui esse diserto vacet? **51** quod mire M. Caelius in defensione causae, qua reus de vi fuit, comprendisse videtur mihi: 'ne cui vestrum atque etiam omnium, qui ad rem agendam adsunt, meus

46 También el tiempo y el lugar necesitan una consideración propia; porque el tiempo es unas veces triste, otras alegre, otras ilimitado, otras escaso, y a estas circunstancias debe atenerse el orador; **47** también importa muchísimo si hablas en un lugar público o privado, en un círculo numeroso o restringido, en ciudad extraña o en la tuya, por último en campamento militar o en el Foro, y cada ámbito pide su estilo y una cierta norma propia de elocuencia; especialmente cuando también en las demás actividades de la vida no conviene una misma conducta en el Foro, en la Curia, en el Campo Marcio —con sus ejercicios deportivos—, en el teatro, en casa, y una mayoría de cosas, que por naturaleza no merecen censura, y hasta son a veces necesarias, se tienen por indecorosas en un lugar donde la costumbre no las permite. **48** Ya hemos dicho en qué mayor medida los temas del 'género demostrativo', como compuestos para delectación de los oyentes, permiten más brillantez y ornato que los del 'género deliberativo' y los del 'género judicial', que consisten en cómo se debe actuar y en la intensa controversia jurídica (cf. Libro 8, 3, 11).

En este punto aún debe añadirse que también algunos medios, que son egregios recursos del arte de hablar, quedan excluidos, por la naturaleza de los casos en litigio, en lo que atañe a la *conveniencia.* **49** ¿Acaso soportaría alguien a un acusado en riesgo de pena capital, sobre todo si éste asume la propia defensa ante su vencedor y ante un soberano, hablando en reiterada metáfora, palabras nuevas o tomadas del lenguaje arcaico, unión rítmica de las expresiones a final de frase, lo más lejos posible del uso común, períodos continuos, igual que abundantísimos *tópicos* y *sentencias?* ¿No harán perder todos estos recursos la nota especial de preocupación, necesaria a quien se halla en peligro, y el auxilio de la misericordia que se ha de buscar hasta para los inocentes? **50** ¿Podrá uno sentirse conmovido por el infortunado destino de un reo, a quien vieres engreído y con jactancia de sí mismo, y haciendo en su situación incierta mercadería superflua de elocuencia? ¿No despreciará, por el contrario, a un acusado lanzado a la caza de palabras y preocupado por el renombre de su talento, y a quien le sobra tiempo para ser elocuente? **51** Esto, a mi parecer, tuvo en cuenta de modo admirable M. Celio en su discurso de defensa, cuando fue inculpado de violencia, diciendo: *Para que a ninguno de vosotros y también de todos, los que toman parte en la discusión de este caso, le parez-*

aut vultus molestior aut vox immoderatior aliqua aut denique, quod minimum est, iactantior gestus fuisse videatur'. **52** atqui sunt quaedam actiones in satisfactione, deprecatione, confessione positae: sententiolisne flendum erit? epiphonemata aut enthymemata exorabunt? non, quidquid meris adicietur adfectibus, omnis eorum dilluet vires et miserationem securitate laxabit? **53** age, si de morte filii sui vel iniuria, quae morte sit gravior, dicendum patri fuerit, aut in narrando gratiam illam expositionis, quae continget ex sermone puro atque dilucido, quaeret, breviter ac significanter ordinem rei pertulisse contentus, aut argumenta diducet in digitos et propositionum ac partitionum captabit leporem et, ut plerumque in hoc genere moris est, intentione omni remissa loquetur? **54** quo fugerit interim dolor ille? ubi lacrimae substiterint? unde se in medium tam secura observatio artium miserit? non ab exordio usque ad ultimam vocem continuus quidam gemitus et idem tristitiae vultus servabitur, si quidem volet dolorem suum etiam in audientes transfundere? quem si usquam remiserit, in animum iudicantium non reducet. **55** quod praecipue declamantibus (neque enim me paenitet ad hoc quoque opus meum et curam susceptorum semel adulescentium respicere) custodiendum est, quo plures in schola finguntur adfectus, quos non ut advocati, sed ut passi subimus: **56** cum etiam hoc genus simulari litium soleat, cum ius mortis a senatu quidam vel ob aliquam magnam infelicitatem vel etiam paenitentiam petunt: in quibus non solum cantare, quod vitium pervasit, aut lascivire, sed ne argumentari quidem nisi mixtis et quidem ita, ut in ipsa probatione magis emineant, adfectibus decet. nam qui

ca que mi semblante ha sido más molesto, o más desmesurada alguna de mis palabras, o por último, lo que importa poquísimo, algún gesto más lleno de jactancia... (cf. *Rom. Orat. Fr.*, p. 485, ed. Muench). **52** Con todo, hay algunos procesos que están basados en la disposición a dar satisfacción, a la súplica, a la confesión (de la culpa; cf. Libro 3, 6, 13): ¿habrá que soltar sentencillas inundadas en llanto? ¿Rogarán *epifonemas* o *entimemas?* (cf. Libros 8, 5, 9 y 5, 14, 1). Todo lo que se añadiere a los efectos de los sentimientos verdaderos, ¿no romperá sus fuerzas y debilitará la compasión por causa de tal aplomo? **53** Veamos: si un padre tuviere que hablar de la muerte de su propio hijo, o de una injusticia, que podría ser peor que la muerte, ¿buscará conseguir en la narración de los hechos aquella belleza de exposición, que brotará del lenguaje puro y brillante, contentándose sólo con haber referido con brevedad y certeramente el orden de lo acontecido? ¿O dividirá y contará dedo a dedo sus pruebas e intentará conseguir el encanto en las proposiciones y particiones del asunto y, como es generalmente costumbre en esta parte genérica del discurso, hablará dejando a un lado todo el vigor expresivo? **54** ¿Adónde se habrá ido entretanto aquel dolor? ¿Dónde se le habrán detenido las lágrimas? ¿De dónde un tan seguro cumplimiento de las reglas del arte se proyectará al centro de los sentimientos del público? ¿No se guardará desde el comienzo hasta la última palabra un cierto tono de lamento y la misma expresión de tristeza en el semblante, si realmente quisiera el orador infundir su propio dolor también en los oyentes? Si en alguna parte del discurso interrumpe esta corriente, no la volverá a llevar más a los corazones de los jueces. **55** Lo cual deben observar de manera especial quienes se ejercitan en las 'declamaciones' (pues tampoco me pesa el volver a mirar también a esta mi pasada tarea y al cuidado de los jóvenes, de los que una vez me hice cargo), donde dentro de los ejercicios escolares se interpretan en su mayor número los sentimientos, que hacemos nuestros, no como abogados, sino como personalmente afectados: **56** como es práctica simular hasta casos litigiosos de este género, en los que algunos piden al Senado el derecho a morir, bien sea por causa de una gran desdicha o también por arrepentimiento; en estas 'declamaciones' no sólo es inadmisible un decir que parece canto, defecto que se ha extendido a todas partes, o un dejarse llevar de cierto descaro, sino ni siquiera un modo de argumentar, que no esté impregnado de los sentimien-

intermittere in agendo dolorem potest, videtur posse etiam deponere.

57 Nescio tamen an huius, de quo loquimur, decoris custodia maxime circa eos, contra quos dicimus, examinanda sit. nam sine dubio in omnibus statim accusationibus hoc agendum est, ne ad eas libenter descendisse videamur. ideoque mihi illud Cassi Severi non mediocriter displicet: 'di boni, vivo, et, quo me vivere iuvet, Asprenatem reum video'. non enim iusta ex causa vel necessaria videri potest postulasse eum, sed quadam accusandi voluptate. **58** praeter hoc tamen, quod est commune, propriam moderationem quaedam causae desiderant. quapropter et qui curationem bonorum patris postulabit, doleat eius valetudine, et quamlibet gravia filio pater obiecturus miserrimam sibi ostendat esse hanc ipsam necessitatem nec hoc paucis modo verbis, sed toto colore actionis, ut id eum non dicere modo, sed etiam vere dicere appareat. **59** nec causanti pupillo sic tutor irascatur umquam, ut non remaneant amoris vestigia et sacra quaedam patris eius memoria. iam quo modo contra abdicantem patrem, querentem uxorem agi causam oporteret, in libro, ut arbitror, septimo dixi. quando etiam ipsos loqui, quando etiam advocati voce uti deceat, quartus liber, in quo prooemi praecepta sunt, continet.

60 Esse et in verbis quod deceat aut turpe sit, nemini dubium est. unum iam igitur huic loco, quod est sane summae difficultatis, adiciendum videtur, quibus modis ea, quae sunt natura parum speciosa quaeque non dicere, si utrumlibet esset liberum,

tos de quien habla, y esto de tal manera que sobresalgan más en la exposición de las pruebas. Porque aquel que mientras pronuncia su discurso puede reprimir su dolor, es claro que puede también suprimirlo por completo.

57 No sé, sin embargo, si la observancia de esta *conveniencia*, de la que estamos hablando, debe tenerse en cuenta muy especialmente respecto a aquellos, contra los que dirigimos nuestro discurso. Porque sin duda en todas las acusaciones —que presentamos—, hay que actuar inmediatamente para conseguir que no parezca hemos bajado al plano de ellas por darnos gusto. Y por eso me desagrada, y no poco, aquella frase de Casio Severo: *¡Dioses buenos, en vida estoy y, para que el vivir me dé gozo, veo a Asprenate acusado!* (Tito Casio Severo, contemporáneo de Augusto y Tiberio; cf. Plinio, *Hist. nat.* 7, 12, y *Orat. Rom. Fr.*, p. 549, ed. Muench). Porque puede parecer que lo reclamó judicialmente, no por una causa justa o necesaria, sino por un cierto placer de acusar. **58** Pero además de esta normativa, por lo general válida, algunos casos de litigio piden especialmente una peculiar moderación. Por esta exigencia el hijo que reclamare la administración de los bienes de su padre (para declararlo incapaz), manifieste dolor por el estado de su salud, y un padre, por graves que sean los delitos que quisiere echar en cara a su hijo, haga ver que esta necesidad es en sí misma para él una suma desventura, y esto no sólo con unas pocas palabras, sino en la matización entera de su discurso, de modo que aparezca claramente que no sólo lo dice, sino que lo dice también como es en realidad. **59** Ni un tutor se enoje con el pupilo, que le pone demanda judicial, hasta el extremo de que no queden señales perceptibles de su amor y un cierto recuerdo sagrado de su padre. Cómo se debe proceder contra el padre que echó de casa a un hijo (o no lo reconoce por suyo), y contra la esposa que presenta querella contra el marido, lo tengo explicado ya, como creo está hecho, en el Libro séptimo (c. 4, 24). Cuándo conviene también que hablen ellos en propia persona, cuándo a su vez servirse de la voz del abogado, lo trata el Libro cuarto, en el que se hallan las reglas del Proemio (Libro 4, 1, 45 ss.).

60 A nadie le cabe duda de que también en las palabras hay algo decoroso y algo deshonesto. Una sola pregunta, pues, que encierra verdaderamente una dificultad suma, debe ya añadirse, al parecer, para complementar este punto, es decir, de qué modos esas cosas, que por su naturaleza son poco bellas, y que habría-

maluissemus, non tamen sint indecora dicentibus. **61** quid asperiorem habere frontem potest aut quid aures hominum magis respuunt, quam cum est filio filiive advocatis in matrem perorandum? aliquando tamen necesse est, ut in causa Cluenti Habiti, sed non semper illa via, qua contra Sasiam Cicero usus est, non quia non ille optime, sed quia plurimum refert, qua in re et quo modo laedat. **62** itaque illa, cum fili caput palam inpugnaret, fortiter fuit repellenda. duo tamen, quae sola supererant, divine Cicero servavit, primum, ne oblivisceretur reverentiae, quae parentibus debetur, deinde ut repetitis altius causis diligentissime ostenderet, quam id, quod erat in matrem dicturus, non oporteret modo fieri, sed etiam necesse esset. **63** primaque haec expositio fuit, quamquam ad praesentem quaestionem nihil pertinebat: adeo in causa difficili atque perplexa nihil prius intuendum credidit, quam quid deceret. fecit itaque nomen parentis non filio invidiosum, sed ipsi, in quam dicebatur. **64** potest tamen aliquando mater et in re leviore aut minus infeste contra filium stare: tum lenior atque summissior decebit oratio. nam et satisfaciendo aut nostram minuemus invidiam aut etiam in diversum eam transferemus, et si graviter dolere filium palam fuerit, credetur abesse ab eo culpam, fietque ultro miserabilis. **65** avertere quoque in alios crimen decet, ut fraude aliquorum concita credatur, et omnia nos passuros, nihil aspere dicturos, testandum, ut etiam, si non possumus conviciari, nolle videamur. etiam, si quid obiciendum erit, officium est patroni, ut id filio invito, sed fide cogente facere cre-

mos preferido no decir, si tuviésemos elección entre las dos posibilidades, no son, sin embargo, inconvenientes cuando las decimos. **61** ¿Qué puede tener aspecto más desagradable o qué rechazan más los oídos de los hombres que cuando un hijo o los abogados de un hijo deben tomar la palabra contra su madre? A pesar de ello, se hace alguna vez necesario como en el proceso de Claudio Hábito, pero no siempre por aquel procedimiento que utilizó Cicerón contra Sasia (madre de Cluencio; cf. *Pro Cluent.*, c. 12 s.), no porque no lo hiciese él del modo mejor, sino porque importa muchísimo tener presente en qué asunto y de qué manera se causa el agravio. **62** Por lo cual debió ser ella enérgicamente rechazada, ya que con toda evidencia se dirigía contra la vida de su hijo. Sin embargo, Cicerón se fijó con su divino arte de hablar en las dos solas consideraciones que restaban: primeramente, en que no se olvidara el respeto, que a los padres se debe; en segundo lugar, para poner con suma precisión ante los ojos, retomando desde sus más hondas causas los antecedentes del caso, que todo lo que él estaba obligado a decir contra la madre, no sólo era razonable hacerlo, sino también necesario. **63** Y con este fin fue ésta su primera exposición, aunque en nada concernía a la cuestión de aquel momento: hasta tal extremo creyó que, en una causa dificultosa y complicada, a ninguna otra cosa debía dirigir antes su mirada que a lo que era *conveniente.* Y así consiguió que el nombre de 'madre' provocara irritación no contra el hijo, sino contra ella misma, contra la que se pronunciaba el discurso. **64** Sin embargo, a veces puede una madre enfrentarse a su hijo en un asunto de menor importancia o también de un modo menos dañoso; entonces convendrá un discurso de tono más suave y conciliante. Porque estando dispuestos, por una parte, a dar satisfacción, o haremos disminuir la irritación contra nosotros o hasta la desviaremos contra la parte contraria; por otra, si se hiciere públicamente patente cuán grande dolor siente el hijo, se podrá creer que está lejos de culpa, y se hará naturalmente digno de compasión. **65** También *conviene* echar la culpa a otros, para que sea creíble que la madre fue instigada por engaño de unos impostores, y hemos de testificar que aceptaremos todo resignadamente, que nada iremos a decir con aspereza, de modo que, si no podemos emplear palabras afrentosas, parezca también que no queremos usarlas. También es deber del abogado, si por necesidad hubiere de interponerse objeción alguna, el crear la impresión de que hace esto contra la voluntad del hijo, pero obligado

datur: ita poterit uterque laudari. **66** quod de matre dixi, de utroque parente accipiendum est: nam inter patres etiam filiosque, cum intervenisset emancipatio, litigatum scio. in aliis quoque propinquitatibus custodiendum est, ut inviti et necessario et parce iudicemur dixisse, magis autem aut minus, ut cuique personae debetur reverentia. eadem pro libertis adversus patronos observantia. et ut semel plura conplectar, numquam decebit sic adversus tales agere personas, quo modo contra nos agi ab hominibus condicionis eiusdem iniquo animo tulissemus. **67** praestatur hoc aliquando etiam dignationibus, ut libertatis nostrae ratio reddatur, ne quis nos aut petulantes in laedendis eis aut etiam ambitiosos putet. itaque Cicero, quamquam erat in Cottam gravissime dicturus neque aliter agi P. Oppii causa poterat, longa tamen praefatione excusavit officii sui necessitatem. **68** aliquando etiam inferioribus praecipueque adulescentulis parcere aut videri decet. utitur hac moderatione Cicero pro Caelio contra Atratinum, ut eum non inimice corripere, sed paene patrie monere videatur: nam et nobilis et iuvenis et non iniusto dolore venerat ad accusandum.

Sed in his quidem, in quibus vel iudici vel etiam adsistentibus ratio nostrae moderationis probari debet, minor est labor: illic plus difficultatis, ubi ipsos, contra quos dicimus, veremur offendere. **69** duae simul huius modi personae Ciceroni pro Murena dicenti obstiterunt, M. Catonis Servique Sulpici: quam decenter tamen Sulpicio, cum omnes concessisset virtutes, scientiam petendi consulatus ademit! quid enim aliud esset, quo se victum homo nobilis et iuris antistes magis ferret? ut vero rationem defensionis

sed maxime ut quisque finietur locus, ni forte tam numerosus, ut ipse quoque dividi debeat. **28** dandi sunt certi quidam termini, ut contextum verborurn, qui est difficillimus, continua et crebra meditatio, partis deinceps ipsas repetitus ordo coniungat. non est inutile his, quae difficilius haereant, aliquas adponere notas, quarum recordatio commoneat et quasi excitet memoriam: **29** nemo enim fere tam infelix, ut, quod cuique loco signum destinaverit, nesciat. at si erit tardus ad hoc, eo quoque adhuc remedio utatur, ut ipsae notae (hoc enim est ex illa arte non inutile) aptentur ad eos, qui excidunt, sensus, ancora, ut supra proposui, si de nave dicendum est, et spiculum, si de proelio. **30** multum enim signa faciunt, et ex alia memoria venit alia ut cum translatus anulus vel alligatus commoneat nos, cur id fecerimus. haec magis adhuc adstringunt qui memoriam ab aliquo simili transferunt ad id, quod continendum est: ut in nominibus, si Fabius forte sit tenendus, referamus ad illum Cunctatorem, qui excidere non potest, aut ad aliquem amicum, qui idem vocetur. **31** quod est facilius in Apris et in Ursis et Nasone aut Crispo, ut id memoriae adfigatur, unde sunt nomina. origo quoque aliquando declinatorum tenendi magis causa est, ut in Cicerone, Verrio, Aurelio. sed hoc miseri.

32 Illud neminem non iuvabit, isdem quibus scripserit, ceris ediscere. sequitur enim vestigiis quibusdam memoriam et velut oculis intuetur non paginas modo, sed versus prope ipsos, estque cum dicit similis legenti. iam vero si litura aut adiectio aliqua

es que tal vez no contiene tantos puntos, que deba él mismo ser a su vez estructurado en otras partes. **28** Pero ciertamente hay que fijar determinados límites, para que nuestra reflexión continua e ininterrumpida mantenga unida la relación textual de las palabras, que es la más difícil, y después el orden reiterado establezca la unión de las mismas partes. No deja de ser útil poner algunas señales en los lugares, que tienen más difícil conexión, cuyo recuerdo sirva de aviso y despierte, por así decirlo, la memoria; **29** pues ninguno hay precisamente tan desventurado que no reconozca la señal que escogió para cada lugar respectivo. Pero si fuere perezoso para este procedimiento, también le queda todavía por aplicar un recurso, para que esas mismas señales —ya que se trata de algo útil desde aquella técnica antes indicada— se pongan en relación con los pensamientos, que se nos van de la memoria, por ejemplo un *ancla,* como arriba he propuesto, si hay que hablar de un barco, y una *flecha,* si se trata de la guerra. **30** Porque las señales tienen mucha eficacia, y con el recuerdo de una cosa acude otra, como cuando un anillo pasado a otro dedo —distinto del usual— o atado, nos advierte por qué lo hicimos. Estos recursos tienen todavía más efecto en los pensamientos, que trasladan el recuerdo de una cosa parecida a esa otra, que es necesario tener presente. Por ejemplo, en los nombres: si hay que tener precisamente presente el de *Fabio,* relacionémoslo con el famoso de *Cunctator,* que no puede olvidarse (el Vacilador, Quinto Fabio Máximo, con su táctica de no presentar batalla contra Aníbal, pero siguiéndole de cerca hasta derrotarle en Canas, en el 216 a. d. C. Este apodo de menosprecio se convirtió en timbre de gloria, como escribió Ennio: «un solo hombre, con sus vacilaciones, 'cunctando', nos restableció la república»), o con algún amigo, que se llame lo mismo. **31** Esto es más fácil en nombres como Apros (jabalíes), Ursos (osos), Nasón (narigudo) o Crispo (cabello crespo), para que se graben en la memoria de dónde toman tales nombres su significado. También el origen de las derivaciones nominales es razón para retenerlos más en la memoria, como en Cicerón (*cicer* = garbanzo), Verrio (*verres* = verraco), Aurelio (*aurum* = oro). Pero ésta es cosa excesiva.

32 A ninguno dejará de prestar ayuda el aprender de memoria en las mismas tablillas de cera (hoy folios) en las que escribió el texto. Porque a través de unas huellas se pone en seguimiento de la memoria, y no sólo ve entonces las páginas como apareciendo ante sus ojos, sino casi las mismas líneas, una tras otra, y mien-

atque mutatio interveniat, signa sunt quaedam, quae intuentes deerrare non possumus. **33** ista ratio, ut est illi, de qua primum locutus sum, arti non dissimilis, ita, si quid me experimenta docuerunt, et expeditior et potentior. ediscere tacite (nam id quoque est quaesitum) erat optimum, si non subirent velut otiosum animum plerumque aliae cogitationes, propter quas excitandus est voce, ut duplici motu iuvetur memoria dicendi et audiendi. sed haec vox sit modica et magis murmur. **34** qui autem legente alio ediscit, in parte tardatur, quod acrior est oculorum quam aurium sensus, in parte iuvari potest, quod, cum semel aut bis audierit, continuo illi memoriam suam experiri licet et cum legente contendere. nam et alioqui id maxime faciendum est, ut nos subinde temptemus, quia continua lectio et quae magis et quae minus haerent aequaliter transit. **35** in experiendo teneasne et maior intentio est et nihil supervacui temporis perit, quo etiam quae tenemus repeti solent: ita sola, quae exciderunt, retractantur, ut crebra iteratione firmentur, quamquam solent hoc ipso maxime haerere, quod exciderunt. illud ediscendo scribendoque commune est, utrique plurimum conferre bonam valetudinem, digestum cibum, animum cogitationibus aliis liberum. **36** verum et in iis, quae scripsimus, complectendis multum valent et in iis, quae cogitamus, continendis prope solae, excepta quae potentissima est exercitatione, divisio et compositio: nam qui recte diviserit, numquam poterit in rerum ordine errare. **37** certa sunt enim non solum in digerendis quaestionibus, sed etiam in exsequendis, si

tras habla es semejante a uno que está leyendo. Pero si entretanto se encuentra ya un borrón o alguna añadidura y cambio, son en cierto modo señales, que podemos mirar para no equivocarnos. **33** Este procedimiento, como no es distinto a aquella técnica, de la que hablé primeramente, así mismo está más a la mano y encierra más poderosos recursos, si alguna cosa me han enseñado las experiencias hechas. Aprender de memoria en silencio (porque también se ha planteado esta cuestión), sería muy buena cosa, si no se apoderaran ordinariamente de nuestro espíritu, como si estuviera ocioso, otros pensamientos, por cuya causa debe ponerse alerta la atención con el sonido de la voz, para que con un doble estímulo consiga la ayuda del habla y de la escucha. Pero esta voz sea baja y más bien un murmullo. **34** Pero el que aprende de memoria leyéndole otro, por una parte avanza más lentamente, porque el sentido impresionable de los ojos es más penetrante que el de los oídos, por otra puede sacar alguna utilidad, porque después de haber oído el texto una o dos veces, puede inmediatamente poner a prueba su memoria ante el lector y con él recitar el texto a porfía. Pues, por lo demás, también hemos de hacer esto, sobre todo, de suerte que intentemos oírnos de vez en cuando, porque la lectura seguida de pasajes, que quedan mejor y menos perfectamente grabados en la mente, pasa igualmente de largo. **35** Al hacer la prueba sobre si el texto está ya aprendido, es también mayor nuestra atención y no se pierde nada de tiempo sin provecho alguno, que por lo general empleamos también para repetir lo que ya tenemos seguro; de este modo se vuelven a repasar solas esas cosas, que se nos han olvidado, para que con su frecuente repetición queden consolidadas, aunque suelen quedar muy bien grabadas por este mismo hecho de que una vez se olvidaron. Común exigencia para aprender de memoria y para reelaborar lo escrito es que para estas dos tareas tienen muchísima importancia una buena salud, una regulada digestión de alimentos y un espíritu libre de otros pensamientos ajenos a este trabajo. **36** En realidad para adquirir también dominio en todo lo que hemos escrito, y para retener en la memoria cuanto hemos pensado, tienen mucha eficacia, casi en exclusiva —a excepción del ejercitamiento que es el más poderoso recurso—, la *estructuración* y la *unión de las palabras:* porque quien estructura correctamente, jamás podrá cometer errores en la ordenación de los materiales. **37** Pues estos dos elementos consisten, si es verdad lo que decimos, no sólo en la *disposición* de las cuestiones debidas, sino

modo recte dicimus, prima ac secunda et deinceps, cohaeretque omnis rerum copulatio, ut ei nihil neque subtrahi sine manifesto intellectu neque inseri possit. **38** an vero Scaevola in lusu duodecim scriptorum, cum prior calculum promovisset essetque victus, dum rus tendit, repetito totius certaminis ordine, quo dato errasset recordatus, rediit ad eum, quocum luserat, isque ita factum esse confessus est: minus idem ordo valebit in oratione, praesertim totus nostro arbitrio constitutus, cum tantum ille valeat alternus? **39** etiam quae bene composita erunt, memoriam serie sua ducent: nam sicut facilius versus ediscimus quam prosam orationem, ita prosae iuncta quam dissoluta. sic contigit, ut etiam quae ex tempore videbantur effusa ad verbum repetita reddantur. quod meae quoque memoriae mediocritatem sequebatur, si quando interventus aliquorum, qui hunc honorem mererentur, iterare declamationis partem coegisset. nec est mendacio locus, salvis, qui interfuerunt.

40 Si quis tamen unam maximamque a me artem memoriae quaerat, exercitatio est et labor: multa ediscere, multa cogitare, et si fieri potest cotidie, potentissimum est: nihil aeque vel augetur cura vel neglegentia intercidit. **41** quare et pueri statim, ut praecepi, quam plurima ediscant, et, quaecumque aetas operam iuvandae studio memoriae dabit, devoret initio taedium illud et scripta

también en el modo de desarrollarlas, en lo que se trata en primer lugar, en segundo y así sucesivamente, y toda la unión de materiales adquiere tal cohesión, que nada puede quitársele, sin que lo perciba la inteligencia, como tampoco hacerle añadiduras. **38** Escévola, por cierto, cuando en el juego de las doce líneas movió primero su pieza y perdió la partida, repasó en su memoria, mientras iba al campo, todo el orden del juego, y al recordar en qué pieza movida había cometido el error, volvió a aquél, con quien había jugado, y éste confesó que había sido realmente así (referencia al juego de damas con quince piedrecitas negras y otras tantas blancas; cf. una escena similar en Terencio, *Adelphoi* 739 s.). ¿Y acaso tendrá menos importancia este mismo orden en un discurso, sobre todo cuando está por entero firmemente ordenado según nuestro criterio, cuando tanta eficacia tiene aquél que establecen alternativamente dos jugadores? **39** También las palabras de un texto, que tiene una buena *unión*, servirán de guía a la memoria por su propia ordenación sucesiva; porque así como aprendemos de memoria más fácilmente versos que prosa, así también las palabras de una prosa, que tienen unión rítmica, más que las que de ella carecen. De esta manera sucede que también esos pasajes, que parecían desbordados de una improvisación, ¡con su repetición se reproducen palabra por palabra! Esto mismo acompañaba también a la mediocridad de mi memoria, si alguna vez la llegada imprevista de algunos, que merecían esta honorable prerrogativa, me obligaron a repetir una parte de la Declamación. Y aquí no cabe mentira, porque todavía hay en vida quienes asistieron.

40 Pero si alguno me pregunta acerca de la única y de la que es el arte mayor de la memoria, mi respuesta es ésta: *ejercicio y aplicación, aprender mucho de memoria, reflexionar mucho,* y si puede hacerse cada día, es el recurso de más poderosa eficacia. Nada en grado igual acrece más con el cuidado o desvanece con el descuido. **41** Por esta razón comiencen pronto los muchachos a aprender de memoria, como tengo enseñado (Libro 1, 1, 35 s.), la mayor cantidad posible de materias adecuadas, y cada edad, en su situación respectiva, que dedicare esfuerzos al deseo de fomentar la memoria, tráguese (!) desde un principio aquel hastío conocido, tanto el de tener que volver a repasar muchas veces lo que se ha escrito y leído como, por así decirlo, el de rumiar (!) el mismo alimento. Esto puede hacerse de suyo más fácil, si comenzáremos a aprender de memoria primeramente unas

et lecta saepius revolvendi et quasi eundem cibum remandendi. quod ipsum hoc fieri potest levius, si pauca primum et quae odium non adferant coeperimus ediscere, tum cotidie adicere singulos versus, quorum accessio labori sensum incrementi non adferat, in summam ad infinitum usque perveniat, et poetica prius, tum oratorum, novissime etiam solutiora numeris et magis ab usu dicendi remota, qualia sunt iuris consultorum. **42** difficiliora enim debent esse quae exercent, quo sit levius ipsum illud, in quod exercent, ut athletae ponderibus plumbeis adsuefaciunt manus, quibus vacuis et nudis in certamine utendum est. non omittam etiam, quod cotidianis experimentis deprenditur, minime fidelem esse paulo tardioribus ingeniis recentem memoriam. **43** mirum dictu est nec in promptu ratio, quantum nox interposita adferat firmitatis, sive requiescit labor ille, cuius sibi ipsa fatigatio obstabat, sive maturatur atque concoquitur, quae firmissima eius pars est, recordatio: quae statim referri non poterant, contexuntur postera die, confirmatque memoriam idem illud tempus, quod esse in causa solet oblivionis. **44** etiam illa praevelox fere cito effluit, et, velut praesenti officio functa nihil in posterum debeat, tamquam dimissa discedit. nec est mirum magis haerere animo quae diutius adfixa sint.

Ex hac ingeniorum diversitate nata dubitatio est, ad verbum sit ediscendum dicturis, an vim modo rerum atque ordinem complecti satis sit: de quo sine dubio non potest in universum pronuntiari. **45** nam si memoria suffragatur, tempus non defuit, nulla me velim syllaba effugiat. alioqui etiam scribere sit supervacuum. idque praecipue a pueris optinendum atque in hanc consuetudinem memoria exercitatione redigenda, ne nobis discamus ignoscere. ideoque et admoneri et ad libellum respicere vitiosum, quod libertatem neglegentiae facit, nec quisquam se

pocas cosas y las que no produzcan nuestra antipatía, después añadir cada día un par de líneas, cuyo aumento no produzca la sensación de que aumenta el esfuerzo, hasta que en su conjunto llegue a un término ilimitado, en primer lugar textos poéticos, después de oradores, por último también textos que no estén configurados según normas rítmicas y más alejados del lenguaje común, como son los de los especialistas en Derecho. **42** Porque los textos, que sirven de ejercicio, deben ser más difíciles, para que se haga en sí mismo más llevadero aquello para lo que se ejercitan, como los atletas acostumbran a los pesos de plomo sus manos, de las que se han de servir, libres y desnudas, en la lucha. Tampoco omitiré, cosa que se capta en las experiencias de cada día, que las personas de índole algo más lenta de ningún modo tienen memoria fiel de lo aprendido poco antes. **43** Extraño es decirlo y su explicación no está a la mano, qué volumen de firmeza aporta a la memoria el espacio intermedio de una noche, sea porque se aquieta aquel esfuerzo, cuya fatiga en sí misma se le resistía, sea porque adquiere sazón y condimento la que es la parte más importante de la memoria, *el recuerdo:* las cosas que inmediatamente no podían presentarse, al día siguiente aparecen como unidas por una cadena, y aquel mismo tiempo, que suele estar dentro de la causa del olvido, refuerza la memoria. **44** También una *memoria,* muy rápida en aprender, generalmente se desvanece pronto, y como si no tuviese otra obligación para el tiempo siguiente, después de haber hecho su servicio en un momento presente, desaparece como si hubiese sido despedida de su trabajo. Y tampoco hay que sorprenderse de que se grabe más en el espíritu las cosas que han estado en él durante más tiempo retenidas.

De esta diversidad de las aptitudes mentales ha nacido la duda sobre si los que han de pronunciar discursos deben aprender literalmente el texto, o si basta solamente con dominar la fuerza sustancial de los hechos y su ordenación. Indudablemente no se puede ofrecer sobre esto un criterio general. **45** Porque si la memoria presta su ayuda y no faltó tiempo, no querría yo que se me escapara sílaba alguna; de lo contrario también el escribirla resultará cosa superflua. Y esto ha de exigirse principalmente a los niños y a esta actitud habitual debe ser conducida la memoria por medio de su entrenamiento, para que no aprendamos a ser condescendientes con nosotros. Y por eso es también censurable tener apuntador o mirar al papel escrito,

parum tenere iudicat, quod ne sibi excidat non timet. **46** inde interruptus actionis impetus et resistens ac salebrosa oratio: et qui dicit ediscenti similis, etiam omnem bene scriptorum gratiam perdit vel hoc ipso, quod scripsisse se confitetur. memoria autem facit etiam prompti ingeni famam, ut illa, quae dicimus, non domo attulisse, sed ibi protinus sumpsisse videamur, quod et oratori et ipsi causae plurimum confert. **47** nam et magis miratur et minus timet iudex, quae non putat adversus se praeparata. idque in actionibus inter praecipua servandum est, ut quaedam etiam, quae optime vinximus, velut soluta enuntiemus et cogitantibus nonnumquam et dubitantibus similes quaerere videamur quae attulimus. ergo quid sit optimum, neminem fugit. **48** si vero aut memoria natura durior erit aut non suffragabitur tempus, etiam inutile erit ad omnia se verba alligare, cum oblivio unius eorum cuiuslibet aut deformem haesitationem aut etiam silentium inducat, tutiusque multo comprehensis animo rebus ipsis libertatem sibi eloquendi relinquere. **49** nam et invitus perdit quisque id quod elegerat verbum, nec facile reponit aliud, dum id, quod scripserat, quaerit. sed ne hoc quidem infirmae memoriae remedium est nisi in his, qui sibi facultatem aliquam dicendi ex tempore paraverunt. quod si cui utrumque defuerit, huic omittere omnino totum actionum laborem, ac, si quid in litteris valet, ad scribendum potius suadebo convertere: sed haec rara infelicitas erit.

50 Ceterum quantum natura studioque valeat memoria, vel Themistocles testis, quem unum intra annum optime locutum esse Persice constat, vel Mithridates, cui duas et viginti linguas, quot nationibus imperabat, traditur notas fuisse, vel Crassus ille

porque abre libre paso a la falta de atención, y nadie puede asegurar que retiene bien en la memoria un pequeño texto, si no teme que se le vaya de la mente. **46** De aquí el impulso lleno de interrupciones, que frena la acción procesal, y el discurso entrecortado y áspero; y el que habla, parecido a uno que está aprendiendo de memoria, pierde también todo el encanto de un texto bien escrito o, por este mismo hecho, descubre que tiene delante el manuscrito. Mas la memoria procura también fama de ingenio ágil, como si no hubiéramos traído de casa lo que estamos diciendo, sino que damos la impresión de haberlo elegido allí de pronto, lo cual confiere extraordinario prestigio al orador y a la misma causa procesal. **47** Pues el juez admira más y teme menos lo que piensa que no se tiene dispuesto de antemano contra su criterio. Y lo que se ha de observar, entre otras normas principales, en los discursos ante tribunales, es que precisamente ciertos pasajes, que hemos configurado muy bien rítmicamente, los digamos como si estuviesen sin ese arte, y alguna vez asemejándonos, al parecer, a quienes están pensando y buscando dubitativamente lo que hemos traído preparado. Así que a ninguno se le oculta qué es lo mejor. **48** Pero si la memoria fuere por naturaleza demasiado tosca o no hubiere tiempo suficiente, también será inútil atarse a todas las palabras, cuando el olvido de una sola cualquiera de ellas lleve o a una vacilación vergonzosa o también al hundimiento en el silencio; y es mucho más seguro, teniendo firmemente poseídos los contenidos en sí, dejarse la libertad de exponerlos. **49** Porque también pierde cada uno de mal grado esa palabra que tenía elegida, y no la sustituye fácilmente por otra diferente, mientras está buscando la que había escrito. Pero ni siquiera es esto el remedio de una memoria débil, sino en aquellos que han adquirido una cierta capacidad de hablar improvisando. Y si a alguno faltare tanto lo uno como lo otro, quiero yo aconsejarle que abandone absolutamente todo el esfuerzo de los discursos ante tribunales y, si posee alguna capacidad literaria, se dedique más bien a escribir. Pero esta desventurada circunstancia se dará con escasa frecuencia.

50 Por lo demás, cuán grande es por naturaleza y por aplicación el poder de la memoria, lo testimonia Temístocles, de quien es sabido que en el espacio de un solo año aprendió muy bien la lengua persa (cf. Tucídides, *Guerra del Pel.* 1, 138), o Mitrídates, de quien se dice que tenía sabidas las veintidós lenguas de los pueblos a que se extendía su dominio, o el famoso Craso

dives, qui cum Asiae praeesset, quinque Graeci sermonis differentias sic tenuit, ut, qua quisque apud eum lingua postulasset, eadem ius sibi redditum ferret, vel Cyrus, quem omnium militum tenuisse creditum est nomina: **51** quin semel auditos quamlibet multos versus protenus dicitur reddidisse Theodectes. dicebantur etiam nunc esse qui facerent, sed mihi numquam, ut ipse interessem, contigit: habenda tamen fides est vel in hoc, ut, qui crediderit, et speret.

'El rico' quien, mientras fue Procónsul de Asia, de tal manera dominaba los matices de cinco dialectos griegos que, cualquiera que apelase a su tribunal en su propia lengua, en esta misma recibía justa sentencia, o Ciro (el Grande, 558-529), de quien se cree que retenía en su memoria los nombres de todos sus soldados; **51** más aún, se cuenta que Teodectes pudo repetir inmediatamente versos oídos una sola vez, aunque fuesen muchos (Teod. de Fáselis, discípulo de Isócrates y de Aristóteles, maestro de Retórica y autor de tragedias; cf. Libro 1, 4, 18, y Cicerón, *Tusc. disp.* 1, 24; *Orat.* 51 y 57). Corría el rumor de que también ahora hay quienes hiciesen algo semejante, pero jamás tuve ocasión de presenciarlo personalmente. Con todo, debe dársele crédito, aun con el objeto de que, quien llegare a creerlo, espere también conseguirlo.

III

1 Pronuntiatio a plerisque 'actio' dicitur, sed prius nomen a voce, sequens a gestu videtur accipere. namque actionem Cicero alias 'quasi sermonem', alias 'eloquentiam quandam corporis' dicit. idem tamen duas eius partis facit, quae sunt eaedem pronuntiationis, vocem atque motum: quapropter utraque appellatione indifferenter uti licet. 2 habet autem res ipsa miram quandam in orationibus vim ac potestatem: neque enim tam refert, qualia sint quae intra nosmet ipsos composuimus, quam quo modo efferantur: nam ita quisque, ut audit, movetur. quare neque probatio ulla, quae modo venit ab oratore, tam firma est, ut non perdat vires suas, nisi adiuvatur adseveratione dicentis.

Capítulo III

LA PRONUNCIACIÓN DEL DISCURSO

Su denominación.—Componentes: voz y ademán.—Condiciones de la voz y modo de ejercitarla.—Exigencias: entonación, claridad, ductibilidad.—Peligros: monotonía y sonsonete.—Su adecuación al tema del discurso.—Los ademanes.—Expresión corporal.—Presentación externa del orador: vestido. Adecuación de la pronunciación del discurso al tema y persona.—Relación con el género de discurso y sus partes.—La expresión en el Exordio, Narración, Demostración y Epílogo.—Matiz según sentencias y palabras.—Notas de acuerdo con la personalidad del orador.—Orientación general para todos los oradores.

1 La *pronunciación* recibe en la mayoría de los autores el nombre de *acción* (representación en escena), pero la primera denominación parece tomarla de la *voz*, la segunda del *ademán (gesto).* Porque Cicerón llama algunas veces *la acción 'en cierto modo lenguaje'*, otras *'una especie de elocuencia del cuerpo'* (*De orat.* 3, 59, 222, y *Orat.* 17, 55). Sin embargo, él mismo la divide en dos partes, que son las mismas de la *pronunciación, 'voz y movimiento';* por lo cual es lícito servirse indistintamente de una y de otra denominación. **2** Esta realidad tiene por sí misma en los discursos una maravillosa fuerza y poder; porque no importa tanto qué cosas hemos preparado dentro de nosotros mismos, como el modo con que es trasmitido. Pues cada uno se siente movido según lo que oye. Por esta razón ninguna demostración, que ofrece solamente un orador, es tan fuerte que no pierda sus fuerzas, si no está favorablemente apoyada en la expresiva contundencia de quien habla. Todos los sentimientos producidos vendrán a perder su

adfectus omnes languescant necesse est, nisi voce, vultu, totius prope habitu corporis inardescunt. **3** nam cum haec omnia fecerimus, felices tamen, si nostrum illum ignem iudex conceperit, nedum eum supini securique moveamus ac non et ipse nostra oscitatione solvatur. **4** documento sunt vel scaenici actores, qui et optimis poetarum tantum adiciunt gratiae, ut nos infinite magis eadem illa audita quam lecta delectent, et vilissimis etiam quibusdam impetrant aures, ut, quibus nullus est in bybliothecis locus, sit etiam frequens in theatris. **5** quod si in rebus, quas fictas esse scimus et inanes, tantum pronuntiatio potest, ut iram, lacrimas, sollicitudinem adferat, quanto plus valeat necesse est, ubi et credimus? equidem vel mediocrem orationem commendatam viribus actionis adfirmarim plus habituram esse momenti quam optimam eadem illa destitutam. **6** si quidem et Demosthenes, quid esset in toto dicendi opere primum interrogatus, pronuntiationi palmam dedit eidemque secundum ac tertium locum, donec ab eo quaeri desineret, ut eam videri posset non praecipuam, sed solam iudicasse: **7** ideoque ipse tam diligenter apud Andronicum hypocriten studuit, ut admirantibus eius orationem Rhodiis non inmerito Aeschines dixisse videatur: quid si ipsum audissetis? et M. Cicero 'unam in dicendo actionem dominari' putat. **8** hac Cn. Lentulum plus opinionis consecutum quam eloquentia tradit, eadem C. Gracchum in deflenda fratris nece totius populi Romani lacrimas concitasse, Antonium et

vigor necesariamente, si no se les mantiene enardecidos con *la voz, con el semblante, casi con la actitud de todo el cuerpo.* 3 Porque aunque hayamos hecho todo esto, dichosos ciertamente seríamos si el juez llegara a dejarse prender en aquel fuego nuestro, y cuánto menos que le excitemos por ser negligentes y despreocupados, y que también él se sienta desvanecido con nuestro propio aburrimiento. 4 De ejemplo nos sirven también los actores en las escenas de teatro, que tan gran encanto comunican de una parte a los mejores poetas, que unas mismas cosas nos deleitan incomparablemente más oídas que cuando las leemos y, por otra parte, cautivan nuestros oídos aun para pasajes muy corrientes de la vida, de suerte que éstos, para los que no hay lugar en los anaqueles de las Bibliotecas, lo encuentran hasta frecuentemente en los teatros. 5 Pues si la *pronunciación* puede tener tanto poder en acontecimientos, que sabemos son inventados y carentes de realidad, de modo que provoque ira, lágrimas, angustia, ¿cuánto más eficacia tendrá necesariamente, cuando creemos que son también hechos ocurridos? Yo por mi parte afirmaría que hasta un discurso mediocre, recomendable por la fuerza arrebatable de su *pronunciación,* producirá más impresión que el mejor desprovisto de esa misma excelencia. 6 Pues también precisamente Demóstenes —preguntado qué era lo que ocupaba el primer lugar en toda la tarea de la oratoria—, dio la palma de la victoria a la *pronunciación* y a esta misma el segundo y el tercero puesto, hasta que se dejó de preguntarle, de modo que podía parecer evidente que la había juzgado no como principal, sino como la única principal; 7 y por eso él mismo estudió con tanto interés en la escuela del actor Andronico (autor de obras de teatro desaparecidas, y liberto de M. Livio Salinator; cf. Cic., *Brut.* 18; *Tusc.*, disp. 2, 7; *Tito Livio,* 7, 2), que Esquines, no sin razón, parece haber dicho a los rodios, asombrados de los discursos de este rival suyo: «*¿Cuál sería vuestra admiración si lo hubiéseis oído a él en persona?*». También M. Cicerón piensa que es sola la pronunciación la que señorea el discurso *(De orat.* 3, 56, 213). 8 Por ésta, dice, logró Cneo Léntulo más renombre que por su elocuencia (cf. Brut. 66.89, 38.43.88); que por ella misma arrancó C. Graco las lágrimas del pueblo romano en la lamentación por la muerte de su hermano (Tiberio Sempronio Graco, propulsor de una reforma agraria contra el latifundio y derrotado por la nobleza. Su hermano Cayo pronunció la oración fúnebre); que en ella fueron muy poderosos

Crassum multum valuisse, plurimum vero Q. Hortensium. cuius rei fides est, quod eius scripta tantum intra famam sunt, qua diu princeps orator, aliquando aemulus Ciceronis existimatus est, novissime, quoad vixit, secundus, ut appareat placuisse aliquid eo dicente, quod legentes non invenimus. **9** et hercule cum valeant multum verba per se et vox propriam vim adiciat rebus et gestus motusque significet aliquid, profecto perfectum quiddam fieri, cum omnia coierunt, necesse est.

10 Sunt tamen qui rudem illam et qualem impetus cuiusque animi tulit actionem iudicent fortiorem et solam viris dignam, sed non alii fere, quam qui etiam in dicendo curam et artem et nitorem et quidquid studio paratur ut adfectata et parum naturalia solent inprobare, vel qui verborum atque ipsius etiam soni rusticitate, ut L. Cottam dicit Cicero fecisse, imitationem antiquitatis adfectant. **11** verum illi persuasione sua fruantur, qui hominibus, ut sint oratores, satis putant nasci: nostro labori dent veniam, qui nihil credimus esse perfectum, nisi ubi natura cura iuvetur. in hoc igitur non contumaciter consentio, primas partis esse naturae. **12** nam certe bene pronuntiare non poterit, cui aut in scriptis memoria aut in his, quae subito dicenda erunt, facilitas prompta defuerint, nec si inemendabilia oris incommoda obstabunt. corporis etiam potest esse aliqua tanta deformitas, ut nulla arte vincatur. **13** sed ne vox quidem nisi libera <macu>lis actionem habere optimam potest. bona enim firmaque, ut volumus, uti licet: mala vel inbecilla et inhibet multa, ut insurgere et

Antonio y Craso, pero muchísimo más Q. Hortensio (el gran rival de Cicerón; cf. Cic., *Acad.* 4, 1; *Brut.* 1, 64, 88 y 92). Prueba fiel de esto es que sus discursos escritos responden tan poco a la grandeza de su fama, por la que durante largo tiempo fue tenido como el orador principal, después durante algún tiempo como digno rival de Cicerón, por último, pasado a un segundo puesto para el resto de su vida, de suerte que aparezca claramente que, cuando hablaba, fue digno de aplauso algo, que no encontramos, si leemos sus escritos. **9** Y ¡por Hércules!, ya que las palabras tienen por sí mismas mucha importancia, y la voz comunica su propia fuerza expresiva a las cosas que decimos, y el gesto y el movimiento también significa algo, necesario es que surja 'algo' efectivamente perfecto, cuando concurren todos estos elementos.

10 Hay, sin embargo, quienes tienen aquella forma tosca de *pronunciación,* y cuál es la que la hizo brotar el arrebato de cualquier sentimiento, como la más llena de fuerza y la sola digna de hombres auténticos; pero por lo general no son distintos de aquellos, que tienen también por costumbre el rechazar el esmero, el arte y brillantez en la forma de hablar, y todo lo que se logra por medio del estudio, como cosas llenas de afectación y poco naturales, o que por la simplicidad campesina de las palabras y hasta de su mismo sonido, como según Cicerón hizo L. Cota (cf. *De orat.* 3, 11, 42, y *Brut.* 34, 259), intentan remedar la forma propia de los tiempos antiguos. **11** Pero disfruten de su propia convicción los que piensan que, para ser oradores, basta a los hombres con haber nacido; concedan indulgencia al esfuerzo que hacemos los que estamos en la creencia de que nada hay perfecto, si no es cuando la naturaleza recibe solícito cuidado. En lo que estoy, pues, de acuerdo, sin menosprecio alguno, es en que la *naturaleza* ocupa la parte principal. **12** Porque ciertamente no será capaz de pronunciar bien un discurso en público aquel a quien faltare la memoria de lo que ha elaborado en sus escritos, o la agilidad y facilidad para lo que se ha de decir de modo inesperado, y si no se lo impiden incorregibles defectos de oralidad. También puede ser tan grande una deformidad del cuerpo, que no sea superable por medio de arte alguna. **13** Pero ni siquiera la voz, si no está libre de defectos, puede lograr la más perfecta pronunciación del discurso. Porque de una voz buena y robusta cabe hacer el uso que queramos; una mala y débil impide, por una parte, muchas formas expresivas, como el

exclamare, et aliqua cogit, ut intermittere et deflectere et rasas fauces ac latus fatigatum deformi cantico reficere. sed nos de eo nunc loquamur, cui non frustra praecipitur.

14 Cum sit autem omnis actio, ut dixi, in duas divisa partis, vocem gestumque, quorum alter oculos, altera aures movet, per quos duos sensus omnis ad animum penetrat adfectus, prius est de 'voce' dicere, cui etiam gestus accommodatur.

In ea prima observatio est, qualem habeas, secunda, quo modo utaris. natura vocis spectatur quantitate et qualitate. **15** quantitas simplicior: in summam enim grandis aut exigua est, sed inter has extremitates mediae sunt species et ab ima ad summam ac retro sunt multi gradus. qualitas magis varia. nam est et candida et fusca, et plena et exilis, et levis et aspera, et contracta et fusa, et dura et flexibilis, et clara et obtusa. **16** spiritus etiam longior breviorque. nec causas, cur quidque eorum accidat, persequi proposito operi necessarium est: eorumne sit differentia, in quibus aura illa concipitur, an eorum, per quae velut organa meat: ipsi propria natura, an prout movetur: lateris pectorisve firmitas an capitis etiam plus adiuvet. nam opus est omnibus, sicut non oris modo suavitate, sed narium quoque, per quas quod superest vocis egeritur. dulcis esse tamen debet, non exprobrans sonus.

17 Utendi voce multiplex ratio. nam praeter illam differentiam, quae est tripertita, acutae, gravis, flexae, tum intentis tum remissis, tum elatis tum inferioribus modis opus est, spatiis quoque lentioribus aut citatioribus. **18** sed his ipsis media interiacent multa, et ut facies, quamquam ex paucissimis constat, infi-

poder levantarla e intensificarla con exclamaciones, y obliga, por otra, a ciertos recursos sospechosos, como son el hacer pausas, cambiar de tono y refrescar la garganta enronquecida y el pulmón fatigado por medio de una especie de canto desagradable. Mas hablemos ahora nosotros del caso para el que no se ofrece en vano nuestra enseñanza.

14 Y como, según acabo de decir, toda *pronunciación* se divide en dos partes, la *voz* y el *gesto*, de las que la una produce su efecto en los ojos, y la otra en los oídos, en los dos sentidos por cuyo medio penetra en el alma toda clase de sentimientos, lo primero es hablar de la voz, a la que también se adapta el gesto o ademán.

La primera observación en ella pertinente es qué calidad tiene, la segunda *cómo* debes usarla. La *naturaleza* de la voz se considera desde su *cuantidad* (fuerza y volumen) y desde su *calidad* (timbre y tonalidad). **15** La *cuantidad* es más fácil de precisar. Porque en suma es grande o pequeña, pero entre estos términos extremos hay escalas intermedias y desde la *baja* hasta la *más alta*, como también de la alta a la baja, existen muchas graduaciones. La *cualidad* o timbre es más variada. Porque hay el timbre *brillante* y el *oscuro, lleno* y *fino, suave* y *áspero, compacto* y *extenso, rígido* y *dúctil, claro* y *confuso.* **16** También el *aliento* es más largo o más corto. Y no es necesario al proyecto de nuestra obra el averiguar las causas de por qué ocurre cada uno de estos matices: si la diferencia entre ellos está condicionada por aquellos momentos, en los que se renueva el aire respiratorio, o por aquellos otros a través de los cuales se abre paso éste como por órganos propios; si la diferencia depende de su modo natural de ser o de cómo se mueve; si le presta más ayuda la robustez del pulmón o del pecho, o si también la de la cabeza. Porque todo ello es necesario, igual que no sólo basta la eufonía de la boca, sino también la de las narices, por las que se emite la parte excedente del sonido. Con todo, el tono debe sonar de modo agradable, no como gritos.

17 La manera de emitir la voz tiene múltiples puntos de consideración. Porque además de aquella distinción fundamental, que consiste en la triple división de la sílaba en *aguda, grave* e *intermedia,* hay necesidad de otros modos cargados de expresión, de otros leves, de otros elevados, de otros más bajos de entonación, también de duración de tiempo más lento o más acelerado. **18** Pero dentro de estos mismos hay muchos grados intermedios, y como el rostro, aunque consta de poquísimas partes,

nitam habet differentiam, ita vox, etsi paucas, quae nominari possint, continet species, propria cuique est, et non haec minus auribus quam oculis illa dinoscitur.

19 Augentur autem sicut omnium, ita vocis quoque bona cura [et], neglegentia vel inscitia minuuntur. sed cura non eadem oratoribus quae phonascis convenit, tamen multa sunt utriusque communia, firmitas corporis, ne ad spadonum et mulierum et aegrorum exilitatem vox nostra tenuetur, quod ambulatio, unctio, veneris abstinentia, facilis ciborum digestio, id est frugalitas praestat. **20** praeterea ut sint fauces integrae, id est molles ac leves, quarum vitio et frangitur et obscuratur et exasperatur et scinditur vox. nam ut tibiae eodem spiritu accepto alium clusis, alium apertis foraminibus, alium non satis purgatae, alium quassae sonum reddunt, item fauces tumentes strangulant vocem, obtusae obscurant, rasae exasperant, convulsae fractis sunt organis similes. **21** finditur etiam spiritus obiectu aliquo, sicut lapillo tenues aquae, quarum rictus etiam si ultra paulum coit, aliquid tamen cavi relinquit post id ipsum, quod offenderat. umor quoque vocem ut nimius impedit, ita consumptus destituit. nam fatigatio, ut corpora, non ad praesens modo tempus, sed etiam in futurum adficit. **22** sed ut communiter et phonascis et oratoribus necessaria est exercitatiao, qua omnia convalescunt, ita curae non idem genus est. nam neque certa tempora ad spatiandum dari possunt tot civilibus officiis occupato, nec praeparare ab imis sonis vocem ad summos, nec semper a contentione con-

tiene una ilimitada multitud de diferencias, asimismo la voz, aunque en su manifestación contiene pocas particularidades, propias de cada individuo, que pueden especificarse en nombres, y esta diferencia se percibe por el oído no menos que aquella del rostro por la vista.

19 Pero como ocurre con las de todas las cosas, así también las buenas aptitudes de la voz se aumentan con su cuidadoso tratamiento y se disminuyen con el descuido o la ignorancia. Mas no conviene el mismo cuidado de la voz a los oradores que a los maestros de canto; sin embargo, hay muchas cosas comunes entre unos y otros, como la robusta constitución corporal, para que nuestra voz no se reduzca al afinado timbre vocal de eunucos, mujeres y enfermos, contra lo cual presta buena ayuda el paseo, salvia, continencia sexual y disfrute de alimentos fácilmente digeribles, es decir, un modo de vida frugal. **20** Además de todo esto, que las gargantas se mantengan en buen estado, esto es, suaves y tersas, por cuyo mal tratamiento la voz suena rota, oscura, llena de aspereza y desgarrada. Porque igual que las flautas, después de recibir el mismo soplo, producen un sonido distinto, cuando están tapados los agujeros, y otro diverso cuando están abiertos, y otro a su vez contrario, si no están suficientemente limpios los instrumentos, y otro cuando están rotos, de la misma manera las gargantas hinchadas ahogan la voz, las que carecen de vigor la oscurecen, las que tienen raeduras la hacen áspera, las arruinadas son semejantes a instrumentos destrozados. **21** También se hiende el aliento con un objeto que lo estorba, como con una piedrecilla los delgados hilillos de aguas, que al abrirse con su roce, aunque la corriente se recompone poco después, sin embargo deja un espacio hueco, precisamente tras el mismo lugar en que había tenido lugar el tropiezo. También la humedad de la boca es de tanto estorbo a la voz, cuando es excesiva, como la disminuye cuando está reseca. Porque el agotamiento, como ocurre a los cuerpos, no sólo afecta a la voz para un momento presente, sino también para el futuro. **22** Pero igual que la educación de la voz es comúnmente a profesores de canto y a oradores un ejercicio necesario, con el cual todas las cosas mantienen su vigor, no tienen así una misma forma de cuidarla. Porque ni a una persona, ocupada en tantos negocios de la vida civil, se le pueden asignar tiempos fijos para ir de paseo, ni ensayar su voz desde los tonos más bajos hasta los más elevados, ni siempre le está permitido apartarse tras un esfuerzo forense, teniendo que hablar

dere licet, cum pluribus iudiciis saepe dicendum sit. **23** ne ciborum quidem est eadem observatio: non enim tam molli teneraque voce quam forti ac durabili opus est, cum illi omnes etiam altissimos sonos leniant cantu oris, nobis pleraque aspere sint concitateque dicenda et vigilandae noctes et fuligo lucubrationum bibenda et in sudata veste durandum. **24** quare vocem deliciis non molliamus nec inbuatur ea consuetudine, quam desideratura sit, sed exercitatio eius talis sit qualis usus, ne silentio subsidat, sed firmetur consuetudine, qua difficultas omnis levatur. **25** ediscere autem, quo exercearis, erit optimum (nam ex tempore dicentis avocat a cura vocis ille, qui ex rebus ipsis concipitur, adfectus), et ediscere quam maxime varia, quae et clamorem et disputationem et sermonem et flexus habeant, ut simul in omnia paremur. **26** hoc satis est. alioqui nitida illa et curata vox insolitum laborem recusabit, ut adsueta gymnasiis et oleo corpora, quamlibet sint in suis certaminibus speciosa atque robusta, si militare iter fascemque et vigilias imperes, deficiant et quaerant unctores suos nudumque sudorem. **27** illa quidem in hoc opere praecipi quis ferat, vitandos soles atque ventos et nubila etiam ac siccitates? ita, si dicendum in sole aut ventoso, umido, calido die fuerit, reos deseremus? nam quidem crudum aut saturum aut ebrium aut eiecto modo vomitu, quae cavenda quidam monent, declamare neminem, qui sit mentis compos, puto. **28** illud non sine causa est ab omnibus praeceptum, ut parcatur maxime voci in illo a pueritia in adulescentiam transitu, quia naturaliter inpeditur, non, ut arbitror, propter calo-

muchas veces en numerosos procesos. **23** Ni siquiera puede ser un mismo el régimen dietético de alimentos; porque no hay necesidad de una voz tan delicada y tierna como de una fuerte y duradera, ya que todos los cantores emiten suavemente hasta los sonidos más altos con el canto de su voz, mientras nosotros debemos decir muchas cosas con aspereza y excitación, y pasar noches en vela, y tragarnos el humo de las lámparas y mantenernos en vestido lleno de sudor. **24** Por lo cual no enervemos nuestra voz con especiales finezas, no dejemos que se sumerja en una costumbre que tendrá de echar de menos, sino que su entrenamiento sea tal como exige la práctica, que no pierda su vigor por estar callados, sino que se haga resistente con habitual ejercicio, con el que toda dificultad se hace llevadera. **25** Por otro lado, el aprender de memoria, con el fin de ejercitar la voz, es un recurso extraordinariamente bueno (porque a los que hablan repentizando los aparta de estar preocupados por la voz aquella pasión, que brota de las mismas cuestiones que se están tratando), y quiero decir el aprender de memoria los más variados pasajes posibles, que encierren motivos para provocar el aplauso, la polémica, el tono conversacional, y cambios en la modulación de la voz, para que al mismo tiempo nos pertrechemos para todas las eventualidades. **26** Esto es suficiente. De lo contrario una voz clara y cuidada rehusará un esfuerzo insólito, como los cuerpos, acostumbrados a los ejercicios de los Gimnasios y a ungirse de aceite, aunque estén llenos de garbo y de vigor en sus confrontaciones atléticas, si los obligas a una marcha militar con equipo de campaña, al peso de las armas y a las vigilancias nocturnas, se desmoronan y añoran el aceite de sus ungidores y el sudor de sus cuerpos desnudos. **27** ¿Quién en verdad soportaría que en esta obra mía se formulen preceptos para evitar solaneras, vientos, también nieblas y tiempos de sequía? De este modo, si hubiere que hablar expuestos al sol, o en un día de viento, húmedo, caluroso, ¿abandonaremos la defensa de nuestros clientes inculpados? Pues pienso, por mi parte, que ninguno que esté en su sano juicio debe hablar en público con el estómago indispuesto o ahíto, o en estado de ebriedad o poco después de un vómito, cosas que han de evitarse, según avisan algunos maestros de oratoria. **28** No sin razón se halla en todos ellos la prescripción de tratar con muy especial cuidado la voz en ese período de tránsito entre la niñez y la adolescencia, porque experimenta naturalmente trastornos, no, según mi parecer, por el calor del cuerpo, como han pensado

rem, quod quidam putaverunt (nam est maior alias), sed propter umorem potius: nam hoc aetas illa turgescit. **29** itaque nares etiam ac pectus eo tempore tument, atque omnia velut germinant eoque sunt tenera et iniuriae obnoxia. sed, ut ad propositum redeam, iam confirmatae constitutaeque voci genus exercitationis optimum duco, quod est operi simillimum, dicere cotidie, sicut agimus. namque hoc modo non vox tantum confirmatur et latus, sed etiam corporis decens et accommodatus orationi motus componitur.

30 Non alia est autem ratio pronuntiationis quam ipsius orationis. nam ut illa emendata, dilucida, ornata, apta esse debet, ita haec quoque emendata erit, id est, vitio carebit, si fuerit os facile, explanatum, iucundum, urbanum, id est, in quo nulla neque rusticitas neque peregrinitas resonet. **31** non enim sine causa dicitur 'barbarum Graecumve': nam sonis homines ut aera tinnitu dinoscimus. ita fiet illud, quod Ennius probat, cum dicit 'suaviloquenti ore Cethegum' fuisse, non quod Cicero in his reprehendit, quos ait 'latrare, non agere'. sunt enim multa vitia, de quibus dixi, cum in quadam primi libri parte puerorum ora formarem, oportunius ratus in ea aetate facere illorum mentionem, in qua emendari possunt. **32** itemque si ipsa vox primum fuerit, ut sic dicam, sana, id est, nullum eorum, de quibus modo retuli, patietur incommodum, deinde non subsurda, rudis, inmanis, dura, rigida, rava, praepinguis, aut tenuis, inanis, acerba, pusilla, mollis, effeminata, spiritus nec brevis nec parum durabilis nec in receptu difficilis.

33 Dilucida vero erit pronuntiatio primum, si verba tota exierint, quorum pars devorari, pars destitui solet, plerisque extremas syllabas non perferentibus, dum priorum sono indulgent. ut est autem necessaria verborum explanatio, ita omnis inputare

algunos (ya que este calor es mayor en otras edades), sino más bien por causa de la intensificación de la humedad; pues de ésta empieza a llenarse aquel tiempo intermedio. **29** Y así se ensanchan también las narices y el pecho en este tiempo, y todos los miembros en cierto modo brotan y por eso son tiernos y están expuestos a daños. Pero, para volver a mi anterior materia, para una voz ya perfectamente cambiada y segura tengo por la mejor clase de ejercicio aquél que más se asemeja a nuestra profesión, es decir, a hablar diariamente, como hacemos en los discursos procesales. Porque de este modo no sólo se fortalece la voz y el pulmón, sino que también se va disponiendo el movimiento corporal conveniente y acorde con el discurso.

88 Y estos gestos y ademanes de que he hablado son los que brotan de un modo natural con la misma expresión oral; otros hay que dan a entender los objetos por imitación, como cuando se indica un enfermo por el parecido ademán de un médico que toma el pulso, o un citarista si se han puesto las manos a la manera de quien toca las cuerdas de un instrumento. Este género de ademanes debe ser evitado lo más que se pueda en la pronunciación del discurso. **89** Porque el orador debe alejarse muchísimo del *bailarín de imitaciones* (pantomimas), de suerte que el gesto se acomode más al sentido que a las palabras, como ya acostumbraron hacer los actores de escena algo más exigentes. En consecuencia, si bien yo quisiera dar por bueno que un orador dirija la mano hacia sí, cuando hable de su propia persona, y que la extienda hacia aquél a quien señala, y otros ademanes semejantes a éstos, así no concedería el describir ciertas posturas y toda cosa que vaya a decir. **90** Y esto ha de observarse


bus solum, sed in omni gestu ac voce servandum est. non enim aut in illa perihodo 'stetit soleatus praetor populi Romani' inclinatio incumbentis in mulierculam Verris effingenda est, aut in illa 'caedebatur in medio foro Messanae' motus laterum, qualis esse ad verbera solet, **91** torquendus aut vox, qualis dolori exprimitur, eruenda, cum mihi comoedi quoque pessime facere videantur, quod, etiam si iuvenem agant, cum tamen in expositione aut senis sermo, ut in Hydriae prologo, aut mulieris, ut in Georgo, incidit, tremula vel effeminata voce pronuntiant. adeo in illis quoque est aliqua vitiosa imitatio, quorum ars omnis constat imitatione.

92 Est autem gestus ille maxime communis, quo medius digitus in pollicem contrahitur explicitis tribus, et principiis utilis cum leni in utramque partem motu modice prolatus, simul capite atque umeris sensim ad id, quo manus feratur, obsecundantibus, et in narrando certus, sed tum paulo productior, et in exprobrando et coarguendo acer atque instans: longius enim partibus his et liberius exseritur. **93** vitiose vero idem sinistrum quasi umerum petens in latus agi solet, quamquam adhuc peius aliqui transversum brachium proferunt et cubito pronuntiant. duo quoque medii sub pollicem veniunt, et est hic adhuc priore gestus instantior, principio et narrationi non commodatus. **94** at cum tres contracti pollice premuntur, tum digitus ille, quo usum optime Crassum Cicero dicit, explicari solet. is in exprobrando et indicando (unde ei nomen est) valet [et], adlevata ac spectante umerum manu paulum inclinatus adfirmat, versus in terram

no sólo en las *manos*, sino en todo *gesto* y *modulación* de *voz*. Porque en este período: *así estuvo él, con sandalias griegas, el pretor del pueblo romano,* no se debe imitar cómo Verres está apoyado sobre una mujerzuela (Cic., *Verr.* 5, 33, 86), o en aquel otro período: *azotado era en medio del Foro de Mesina,* el doblarse a uno y otro lado, como suele ocurrir a los golpes del látigo (*Verr.* 5, 62, 162), **91** habiendo de retorcer la figura, o se ha de sacar una voz como la que se arranca al dolor, igual que me parecen hacer también muy mal los actores cómicos, porque hasta cuando representan el papel de un joven, en su modo de narrar las cosas recurren, sin embargo, o el estilo de palabras de un viejo, como en el Prólogo de la *Hidria* (de Menandro), o dicen las palabras de una mujer, como en la comedia *Georgós* (*El labrador,* del mismo autor), con voz temblorosa y afeminada. Hasta tal extremo es también incorrecta una imitación en estos actores, cuya arte se basa por entero en la imitación.

92 Mas aquel ademán especialmente generalizado, con el que el dedo *central* (el del corazón) se curva y toca con el *pulgar,* mientras los tres restantes quedan rectamente desplegados, es utilizable, por una parte, en los Exordios, y se hace adelantándolo moderadamente con un suave movimiento a un lado y a otro, mientras la cabeza y los hombros lo siguen poco a poco en la dirección a que se lleva la mano; por otra, en las Narraciones, con expresión de certidumbre, pero entonces adelantándolo algo más; y, por último, en las recriminaciones y en los casos de convictos, con acritud y atacando; porque en estas partes se pueden extender y usar más libremente las manos. **93** Pero es una defectuosa costumbre hacer el mismo ademán dirigiéndolo a un lado como buscando el hombro izquierdo, aunque es todavía peor cuando algunos adelantan un brazo de modo transversal y dicen el discurso con el codo levantado. También los dos dedos *centrales* (corazón y anular) se colocan debajo del *pulgar,* y este ademán es todavía más insistente que el primero, por lo que no es conveniente para la parte del exordio y de la narración. **94** Por el contrario, cuando *tres dedos curvados* (meñique, corazón y anular) quedan sujetos debajo del *pulgar,* entonces suele desplegarse aquel dedo *índice,* del cual, como dice Cicerón, hizo uso Craso magníficamente (*De orat.* 2, 45, 188). Éste muestra su eficacia cuando se hacen recriminaciones y denuncias —indicaciones— (de donde tiene su nombre, índice); y, cuando se levanta la mano y se gira un poco hacia el hombro sirve, un poco curvado, para

et quasi pronus urguet: et aliquando pro numero est. **95** idem summo articulo utrimque leviter adprenso, duobus modice curvatis, minus tamen minimo, aptus ad disputandum est. acrius tamen argumentari videntur, qui medium articulum potius tenent, tanto contractioribus ultimis digitis, quanto priores descenderunt. **96** est et ille verecundae orationi aptissimus, quo, quattuor primis leviter in summum coeuntibus digitis, non procul ab ore aut pectore fertur ad nos manus et deinde prona ac paulum prolata laxatur. **97** hoc modo coepisse Demosthenen credo in illo pro Ctesiphonte timido summissoque principio, sic formatam Ciceronis manum, cum diceret: 'si <quid est>, iudices, ingeni mei, quod sentio quam sit exiguum'. eadem aliquatenus liberius deorsum spectantibus digitis colligitur in nos et fusius paulo in diversum resolvitur, ut quodam modo sermonem ipsum proferre videatur. **98** binos interim digitos distinguimus, sed non inserto pollice, paulum tamen inferioribus intra spectantibus, **99** sed ne illis quidem tensis, qui supra sunt. interim extremi palmam circa ima pollicis premunt, ipse prioribus ad medios articulos iungitur, interim quartus oblique reponitur, interim quattuor remissis magis quam tensis, pollice intus inclinato, habilem demonstrando in latus aut distinguendis, quae dicimus, manum facimus, cum supina in sinistrum latus, prona in alterum fertur. **100** sunt et illi breves gestus, cum manus leviter pandata, qualis voventium est, parvis intervallis et subad-



hacer afirmaciones; vuelto hacia el suelo y, por así decirlo, *inclinado,* vale para *recalcar;* alguna vez es bueno para *contar.* **95** Cuando este mismo dedo *índice* es levemente prensado en su última falange a uno y otro lado por el *central y el pulgar,* mientras los dos restantes (anular y meñique) se curvan un poco, pero algo menos el *meñique* (que el anular), es un excelente ademán para el debate. Con más energía, sin embargo, parecen entrar a la *demostración* quienes (con el dedo pulgar) tienen más bien fija la falange central (del índice), mientras contraen los dos dedos últimos tanto más cuanto más bajaron los dos primeros. **96** Muy adecuado para una modesta manera de hablar es aquel ademán, por medio del cual, mientras los cuatro dedos primeros se rozan levemente, puestos en dirección hacia arriba (excepto el meñique), llevamos la mano hacia nosotros, sin alejarla de la boca o del pecho y de seguidas se la deja bajar inclinada y un poco adelantada. **97** De esta manera creo yo que comenzó Demóstenes en aquel tímido y sumiso exordio en defensa de Ctesifonte, así pudo estar puesta la mano de Cicerón, cuando dijo: *Si yo tengo algún talento, jueces, por pequeño que sea, cosa que bien conozco... (Pro Arch.* 1, 1). La misma mano se cierra con los dedos hacia abajo, vueltos a nosotros en un movimiento un poco más libre, y después se abre de nuevo con un impulso algo más amplio en sentido contrario, de suerte que de algún modo parezca que está sacando por sí mismo el discurso. **98** A veces separamos los dedos en dos grupos, pero sin colocar en medio de ellos el *pulgar,* de modo que los dos más bajos queden, sin embargo, un poco inclinados hacia adentro, **99** pero sin poner enteramente tensos los dos de arriba. Otras veces los dos dedos extremos (anular y meñique) presionan la palma de la mano junto a la parte *baja del pulgar,* mientras el mismo pulgar se une a los dos primeros (índice y corazón) junto a las falanges intermedias; otras, el *cuarto dedo* (el meñique) se coloca transversal en dirección al pulgar; otras, con los cuatro dedos (índice, medio, anular y meñique) más relajados que tensos y con el pulgar inclinado hacia el interior, formamos una mano hábil para apuntar hacia un lado o, como decimos, para hacer distinciones, mientras es llevada, con su dorso bajo, hacia el lado izquierdo, o con la palma inclinada abajo hacia el lado derecho. **100** Se dan también otros ademanes breves, cuando la mano, levemente curva, como se hace en los juramentos, se mueve a cortos intervalos acompañada de un movimiento simultáneo de hombros, un ade-

sentientibus umeris movetur, maxime apta parce et quasi timide loquentibus. est admirationi conveniens ille gestus, quo manus modice supinata ac per singulos a minimo collecta digitos, redeunte flexu simul explicatur atque convertitur. **101** nec uno modo interrogantes gestum componimus, plerumque tamen vertentes manum, utcumque composita est. pollici proximus digitus medium, qua dexter est, unguem pollicis summo suo iungens remissis ceteris est et adprobantibus et narrantibus et distinguentibus decorus. **102** cui non dissimilis, sed complicitis tribus digitis, quo nunc Graeci plurimum utuntur, etiam utraque manu, quotiens enthymemata sua gestu corrutundant velut caesim. manus lentior promittit et adsentatur, citatior hortatur, interim laudat. est et ille urgentis orationem gestus vulgaris magis quam ex arte, qui contrahit alterno celerique motu et explicat manum. **103** est et illa cava et rara et supra umeri altitudinem elata cum quodam motu velut hortatrix manus; a peregrinis scholis tamen prope recepta tremula scaenica est. digitos, cum summi coierunt, ad os referre cur quibusdam displicuerit nescio: nam id et leniter admirantes et interim subita indignatione velut pavescentes et deprecantes facimus. **104** quin compressam etiam manum in paenitentia vel ira pectori admovemus, ubi vox vel inter dentes expressa non dedecet: 'quid nunc agam? quid facias?' averso pollice demonstrare aliquid receptum magis puto quam oratori decorum. **105** sed cum omnis motus sex partes habet, septimus sit ille, qui in se redit, orbis: vitiosa est una

mán que se acomoda muy bien a quienes hablan con pocas y, por así decirlo, con tímidas palabras. Adecuado para expresar admiración es aquel otro ademán, cuando con el dorso de la mano, mantenida moderadamente hacia abajo, y tensa o recta en cada uno de los dedos, comenzando por el meñique, al recobrar su flexión o curva se despliega y vuelve simultáneamente. **101** Ni cuando introducimos preguntas aplicamos el *ademán* de una sola manera; sin embargo, en la mayoría de los casos se hace dando vuelta a la mano, independientemente del modo en que se ponga. El otro *ademán,* propio para indicar *asentimiento* como para *narrar* y establecer *distinciones aclaratorias,* se hace uniendo por su punta el dedo, que sigue al pulgar *(el índice),* con el centro de la uña del pulgar de la mano derecha, mientras los tres dedos restantes quedan relajados (levemente separados). **102** Parecida a este ademán, pero doblados esos tres dedos, es la posición, que ahora usan muchísimo los griegos, también con las dos manos, todas las veces que *redondean* con un ademán los *entimemas* como haciendo *frases cortadas* (silogismos breves en la demostración, cf. Libro 5, 9; 5, 10; 5, 14). El movimiento más *lento* de la mano sirve para prometer y asentir, el más rápido para hacer exhortaciones, a veces para elogiar. También existe aquel ademán de quien imprime rapidez al discurso, el más vulgarizado y menos auténtico producto de arte, que alternativamente y con un movimiento rápido consiste en cerrar y abrir la mano. **103** También hay aquella otra manera de poner la mano, como en actitud *exhortadora,* ahuecada y poco abierta, y alzada por encima del hombro, imprimiéndole algún movimiento; sin embargo, el hacerla temblar, como casi se ha generalizado por influjo de las escuelas extranjeras de Retórica, es ademán propio del arte escénico. No sé por qué razón no haya sido del agrado de ciertos maestros el *acercar* a la boca los dedos, cuando se han unido sus puntas; porque así lo hacemos nosotros con un movimiento suave, cuando expresamos admiración y a veces con súbita indignación, como cuando sentimos pavor y nos excusamos de algo. **104** Pues también llevamos a nuestro pecho la mano con el puño cerrado en signo de arrepentimiento o de ira, en cuyo caso no desdice que salga la voz como asida entre dientes. Ejemplos: *¿Qué debo hacer ahora? ¿Qué harías tú?* Apuntar hacia algo, con el dedo pulgar doblado, pienso que está hoy en uso más de lo que conviene al orador. **105** Pero como el movimiento tiene en su totalidad seis direcciones

circumversio. reliqui ante nos et dextra laevaque et sursum et deorsum aliquid ostendunt, in posteriora gestus non derigitur: interim tamen velut reici solet. **106** optime autem manus a sinistra parte incipit, in dextra deponitur, sed ut ponere, non ut ferire videatur: quamquam et in fine interim cadit, ut cito tamen redeat, et nonnumquam resilit vel negantibus nobis vel admirantibus.

Huc veteres artifices illud recte adiecerunt, ut manus cum sensu et inciperet et deponeretur: alioquin enim aut ante vocem erit gestus aut post vocem, quod est utrumque deforme. **107** in illo lapsi nimia subtilitate sunt, quod intervallum motus tria verba esse voluerunt, quod neque observatur neque fieri potest: sed illi quasi mensuram tarditatis celeritatisque aliquam esse voluerunt, neque inmerito, ne aut diu otiosa esset manus aut, quod multi faciunt, actionem continuo motu concideret. **108** aliud est, quod et fit frequentius et magis fallit. sunt quaedam latentes sermonis percussiones et quasi aliqui pedes, ad quos plurimorum gestus cadit, ut sit unus motus 'novum crimen', alter 'C. Caesar', tertius 'et ante hanc diem', quartus 'non auditum', deinde 'propinquus meus', et 'ad te', et 'Q. Tubero', et 'detulit'. **109** unde id quoque fluit vitium, ut iuvenes, cum scribunt, gestum praemodulati cogitatione sic componant, quo modo casura manus est. inde et illud vitium, ut gestus, qui in fine dexter esse debet, in sinistrum frequenter desinat. **110** melius illud, cum sint in sermone omni brevia quaedam membra, ad quae, si necesse sit, recipere spiritum

—valga como séptima el movimiento que completa un giro en sí mismo—, es solamente defectuoso el movimiento circular inverso. Los demás movimientos hacia adelante, a derecha e izquierda, y hacia arriba y abajo, tienen su propia significación, mas detrás de uno mismo no se hace ningún ademán; sin embargo, se le suele a veces como dirigir hacia atrás. **106** Pero el movimiento mejor de la mano es el que comienza a partir del lado izquierdo y se termina bajándola en el derecho, pero de tal modo que se vea que baja, no como que diera un golpe; aunque también cae a veces al final, mas de suerte que vuelva rápidamente el movimiento, y alguna vez *salta hacia arriba* (sube veloz) cuando expresamos una negación o nos admiramos.

A este punto añadieron justamente los antiguos maestros de Retórica aquella regla de que la mano debe comenzar y terminar su movimiento coincidiendo con el sentido de las palabras; porque de lo contrario tiene lugar el ademán o antes de lo que se dice o después de lo dicho, lo que en ambos casos es feo. **107** En dicha normativa se equivocaron por exagerada exactitud, puesto que, según lo que ellos quisieron, el espacio en que tiene lugar el movimiento debe comprender *tres palabras*, lo que ni se cumple ni se puede cumplir; pero con esta norma querían ellos que hubiese una como unidad de medición para *ralentizar* y *acelerar* (el movimiento), y no sin razón, para impedir que o la mano quede por largo tiempo quieta o, como hacen muchos, *destrocen* la unidad del discurso con un movimiento incesante. **108** Otra costumbre se da también con mayor frecuencia y conduce a más errores. En el discurso hay una especie de imperceptibles cadencias y, por así decirlo, unos *pies de verso*, en los que coincide el ademán de muchos casos, de suerte que haya un solo movimiento completo en *'un nuevo delito'*, un segundo en *'Cayo César'*, un tercero en *'y antes de este día'*, un cuarto en *'no oído'*, y después continuando *'un pariente mío'*, *'ante ti'*, *'Quinto Tuberón'*, y *'ha presentado'* (principio del discurso en defensa de Q. Ligario). **109** De aquí nace también aquel error, en que caen los jóvenes que, cuando elaboran la redacción del discurso, al distribuir de antemano en su pensamiento las posibilidades del ademán, colocan así el orden de las palabras tal como la mano deberá marcar su acento rítmico. De ahí también aquel otro error por el que un ademán, que al final debe estar a la derecha, termine frecuentemente en el lado izquierdo. **110** Mejor es, ya que en cada discurso hay ciertos *miembros* cortos, en los que está permitido tomar aliento, si fuere

liceat, ad haec gestum disponere: ut puta 'novum crimen C. Caesar' habet per se finem quendam suum, quia sequitur coniunctio: deinde 'et ante hanc diem non auditum' satis circumscriptum est. ad haec commodanda manus est, idque dum erit prima et composita actio. **111** at ubi eam calor concitaverit, etiam gestus cum ipsa orationis celeritate crebrescet. aliis locis citata, aliis pressa conveniet pronuntiatio: illa transcurrimus, congerimus [abundamus], festinamus, hac instamus, inculcamus, infigimus. plus autem adfectus habent lentiora, ideoque Roscius citatior, Aesopus gravior fuit, quod ille comoedias, hic tragoedias egit. **112** eadem motus quoque observatio est. itaque in fabulis iuvenum, senum, militum, matronarum gravior ingressus est, servi, ancillulae, parasiti, piscatores citatius moventur. tolli autem manum artifices supra oculos, demitti infra pectus vetant: adeo a capite eam petere aut ad imum ventrem deducere vitiosum habetur. **113** in sinistrum intra umerum promovetur, ultra non decet, sed cum aversantes in laevam partem velut propellemus manum, sinister umerus proferendus, ut cum capite ad dextram ferente consentiat. **114** manus sinistra numquam sola gestum recte facit: dextrae se frequenter accommodat, sive in digitos argumenta digerimus sive aversis in sinistrum palmis abominamur sive obicimus adversas sive in latus utramque distendimus, **115** sive satisfacientes aut supplicantes (diversi autem sunt hi gestus) summittimus sive adorantes attollimus sive aliqua demonstratione aut invocatione protendimus: 'vos Albani tumuli atque luci', aut Gracchanum illud: 'quo me miser conferam? in Capitolium? ad fratris

necesario, que el ademán se acomode a estos miembros, por ejemplo: *Un nuevo delito, Cayo César* 'tiene de suyo un *final propio*, porque sigue una *conjunción* ('y'); deseguidas el '*y antes de este día no oído*', queda suficientemente concluido. A tales miembros ha de adaptarse la mano, y ello mientras la recitación esté todavía en su principio y fluya con tranquilidad. **111** Pero tan pronto como el calor de los contenidos le hubiere excitado su impulso, el empleo de ademanes aumentará también al par de la misma velocidad del discurso. En unos pasajes convendrá una recitación movida, en otros con expresiva insistencia; en un caso pasamos ligeramente adelante, reunimos, acumulamos, aceleramos; en otros insistimos, inculcamos, nos hacemos penetrantes. Pero los pasajes desarrollados con mayor lentitud mueven más los afectos, y por eso fue Roscio más apasionado, Esopo (amigo de Cicerón) más ponderado, porque el uno actuó en comedias, este último en tragedias. **112** El mismo procedimiento hay que guardar también en el movimiento. Y así en las representaciones escénicas el andar de los jóvenes señores, de los ancianos, soldados y matronas es más moderado, mientras los esclavos, pequeñas criadas, graciosos de comedia y pescadores se mueven a más prisa. Por otra parte, los maestros en el arte de hablar prohíben que se levante la mano por cima de la altura de los ojos y que se ponga más abajo del pecho; hasta se tiene como defecto moverla a partir de la cabeza o colocarla en la parte baja del vientre. **113** Se lleva hacia el lado izquierdo sin sobrepasar la altura del hombro, más no es conveniente; pero cuando al rechazar una cosa llevamos como rápidamente la mano a la parte izquierda, se debe adelantar el hombro izquierdo, de modo que coincida con el movimiento de la cabeza dirigida a la derecha. **114** La mano izquierda jamás realiza por sí sola un ademán correcto; con frecuencia acompaña a la derecha, ya sea cuando indicamos con los dedos los puntos de nuestra argumentación, ya cuando execramos una cosa volviendo las palmas de las manos hacia el lado izquierdo, o cuando ponemos ambas ante nosotros o las dirigimos separadas a un lado, **115** o cuando las extendemos bajándolas en señal de desagravio o de súplica (pero en cuyos casos son diversos estos ademanes), o las alzamos en acto de adoración o las alargamos apuntando a una prueba o al comenzar una invocación, por ejemplo: *¡Vosotros, collados albanos y bosques sagrados!* (*Pro Mil.* 31, 85), o aquella exclamación de Graco: *¿Adónde pobre de mí debo dirigirme? ¿Al Capitolio? ¿A la sangre de mi hermano? ¿A mi casa?*

sanguinem? an domum?' **116** plus enim adfectus in his iunctae exhibent manus, in rebus parvis, mitibus, tristibus breves, magnis, laetis, atrocibus exertiores [sunt].

117 Vitia quoque earum subicienda sunt, quae quidem accidere etiam exercitatis actoribus solent. nam gestum poculum poscentis aut verbera minantis aut numerum quingentorum flexo pollice efficientis, quae sunt a quibusdam scriptoribus notata, ne in rusticis quidem vidi. **118** at ut brachio exerto introspiciatur latus, ut manum alius ultra sinum proferre non audeat, alius in quantum patet longitudo protendat, aut ad tectum erigat aut repetito ultra laevum umerum gestu ita in tergum flagellet, ut consistere post eum parum tutum sit, aut sinistrum ducat orbem aut temere sparsa manu in proximos offendat aut cubitum utrumque in diversum latus ventilet, saepe scio evenire. **119** solet esse et pigra et trepida et secanti similis: interim etiam uncis digitis aut a capite deiciatur aut eadem manus supinata in superiora iactetur. fit et ille <gestus>, qui, inclinato in umerum dextrum capite, brachio ab aure protenso, manum infesto pollice extendit: qui quidem maxime placet his, qui se dicere sublata manu iactant. **120** adicias licet eos, qui sententias vibrantis digitis iaculantur aut manu sublata denuntiant aut, quod per se interim recipiendum est, quotiens aliquid ipsis placuit, in unguis eriguntur, sed vitiosum id faciunt aut digito, quantum plurimum possunt, erecto aut etiam duobus, aut utraque manu ad modum aliquid portantium composita. **121** his accedunt vitia non naturae, sed trepidationis, cum ore concurrente rixari: si memoria

(cf. *Orat. Rom. Frag.*, p. 196, ed. Muench, y Cic., *De orat.* 3, 56, 214). **116** Pues las manos unidas revelan en estas situaciones sentimientos más intensos, siendo sobrios los ademanes cuando se trata de cosas de poco relieve, amables o lóbregas, y más amplios en las grandes, alegres y terribles.

117 También debemos consignar los defectos de otras posiciones de manos, precisamente las que pasan generalmente inadvertidas aun a entrenados oradores ante los tribunales. Pues el ademán de quien pide un vaso, o de quien amenaza con flagelación o de quien forma el número 'quinientos' doblando el dedo pulgar, defectos delatados ya por algunos autores de obras retóricas, ni siquiera lo he visto hacer entre la gente del campo. **118** Sin embargo, conozco cómo ocurre muchas veces que, al hacerse un amplio movimiento del brazo, queda al descubierto un lado; que alguien no se atreva a extender la mano hacia adelante más allá del pliegue central que le hace la toga; que otro la alargue hasta cuanto alcanza el brazo, o la estire hacia el techo o que, mientras realiza el ademán llevándolo más allá del hombro izquierdo, se golpea la espalda de modo que sea ya poco seguro estar de pie detrás de él; o que otro trace todo un círculo a su izquierda, o que con la mano desconsideradamente alargada venga a dar con los que se hallan cerca, o que mueve a la vez ambos codos a uno y otro lado —(como si estuviera remando)—. **119** Suele darse también un movimiento de mano perezoso, nervioso y parecido a la de uno que está serrando; veces se aleja de la cabeza con los dedos encorvados e igualmente es proyectada con los dorsos hacia arriba. También ocurre aquel ademán que hace extender la mano con la cabeza inclinada hacia el hombro derecho, y desde el oído, con el brazo alargado, adelanta la mano amenazando con el dedo pulgar; este ademán agrada sobremanera a los oradores que hacen alarde de hablar 'con mano elevada'. **120** Puedes añadir a estos los que con sus dedos disparan centelleantes sentencias o las anuncian levantando la mano o, lo que a veces es de suyo aceptable, se alzan sobre las puntas de los pies, cuantas veces les ha merecido aplauso alguna cosa, pero convierten esto en un gesto defectuoso cuando levantan un dedo, todo cuanto pueden, o hasta dos, o ponen ambas manos a guisa de quienes están llevando un peso. **121** A estos defectos se suman aquellos que no proceden de la naturaleza, sino de azorado apresuramiento, por ejemplo, el disputar con la sensación de no poder

fefellerit aut cogitatio non suffragetur, quasi faucibus aliquid obstiterit, insonare: in adversum tergere nares, obambulare sermone inperfecto, resistere subito et laudem silentio poscere. quae omnia persequi prope infinitum est: sua enim cuique sunt vitia. **122** pectus ac venter ne proiciantur, observandum: pandant enim posteriora et est odiosa omnis supinitas. latera cum gestu consentiant: facit enim aliquid et totius corporis motus, adeo ut Cicero plus illo agi quam manibus ipsis putet. ita enim dicit in Oratore: 'nullae argutiae digitorum, non ad numerum articulus cadens, trunco magis toto se ipse moderans et virili laterum flexione'. **123** femur ferire, quod Athenis primus fecisse creditur Cleon, et usitatum est et indignantes decet et excitat auditorem. idque in Calidio Cicero desiderat: 'non frons', inquit, 'percussa, non femur'. quamquam, si licet, de fronte dissentio. nam etiam complodere manus scaenicum est <et> pectus caedere. **124** illud quoque raro decebit, cava manu summis digitis pectus adpetere, si quando nosmet ipsos adloquemur cohortantes, obiurgantes, miserantes: quod si quando fiet, togam quoque inde removeri non dedecebit.

In pedibus observantur status et incessus. prolato dextro stare et eandem manum ac pedem proferre deforme est. **125** in dextrum incumbere interim datur, sed aequo pectore, qui tamen comicus magis quam oratorius gestus est. male etiam in sinistrum pedem insistentium dexter aut tollitur aut summis digitis suspenditur. varicare supra modum et in stando deforme est et acceden-

abrir la boca; el toser con fuerza, como si se les hubiese quedado algo en la garganta, cuando ha fallado la memoria o no les asiste el pensamiento; el rascarse un lado de la nariz, el dar pasos de una a otra parte sin terminar la frase completa, el pararse de repente y el hacer silencio para recibir aplausos. Tarea sería casi de nunca acabar el recorrer todas estas incidencias, porque a cada una de ellas le nacen sus propios defectos. **122** Hay que guardarse de no adelantar el *pecho* y el *vientre,* porque en tal caso queda encogida la parte posterior y toda inclinación de la espalda resulta desagradable. Los lados del cuerpo deben estar en armonía con el movimiento de ademanes; porque también el movimiento de todo el cuerpo aporta algo propio, hasta tal punto que piensa Cicerón que desempeña papel más importante que las mismas manos (cf. *Orat.* 18, 59). Así dice, en efecto, en su obra *El Orador: Ningún chasquear de dedos, ningunas puntas de dedos para marcar el ritmo, más bien debe el orador con todo el tronco de su cuerpo darse su propio ritmo y con la varonil flexión de sus costados.* **123** Golpear con la mano el muslo, como se cree hizo Cleón en Atenas, no sólo es ya una costumbre, sino algo conveniente a quien expresa indignación e inflama al oyente. Y este recurso echa de menos Cicerón en Calidio: *Ningún golpe en la frente* —dice— *ninguno en el muslo (Bruto,* 60, 278). Aunque, si se me permite, disiento en cuanto a golpear la frente. Porque también el dar una mano contra otra (batir las palmas) y golpearse el pecho es propio de ademanes escénicos. **124** Rara vez será también conveniente rozarnos el pecho con la mano ahuecada y con los dedos de punta (unidos), como cuando en alguna ocasión dialogamos con nosotros mismos para exhortarnos, hacernos reproches o expresar compasión; y si alguna vez se hiciere, no será cosa apropiada el retirarse de ese lugar la toga.

En lo que atañe *a la posición de los pies* se debe atender al *modo de estar* y a los pasos *que hayan de darse.* Ponerse firmes con el pie derecho adelantado, así como adelantar la misma mano derecha y el mismo pie derecho, es una figura fea. **125** A veces está permitido apoyarse y descansar sobre el pie derecho, pero con el pecho recto, una posición que va mejor con las escenas de comedia que con el discurso público. Se produce también una mala impresión cuando, al descargar el peso corporal sobre el pie izquierdo, se eleva el derecho o se pone uno de puntillas sobre los dedos. Forma una figura fea tanto el estar firmes con los pies demasiado abiertos, igual que es casi indecente si a esta posición

te motu prope obscenum. **126** procursio oportuna brevis, moderata, rara. conveniet iam et ambulatio quaedam propter inmodicas laudationum moras, quamquam Cicero rarum incessum neque ita longum probat. discursare vero et, quod Domitius Afer de Sura Manlio dixit, 'satagere' ineptissimum: urbaneque Flavus Verginius interrogavit de quodam suo antisophiste, 'quot milia passum declamasset?' **127** praecipi et illud scio, ne ambulantes avertamur a iudicibus, sed sint obliqui pedes ad consilium nobis respicientibus. id fieri iudiciis privatis non potest, verum et breviora sunt spatia nec aversi diu sumus. interim tamen recedere sensim datur. quidam et resiliunt, quod est plane ridiculum. **128** pedis supplosio ut loco est oportuna, ut ait Cicero, in contentionibus aut incipiendis aut finiendis, ita crebra et inepti est hominis et desinit iudicem in se convertere. est et illa indecora in dextrum ac laevum latus vacillatio alternis pedibus insistentium. longissime fugienda mollis actio, qualem in Titio Cicero dicit fuisse, unde etiam saltationis quoddam genus Titius sit appellatum. **129** reprehendenda et illa frequens et concitata in utramque partem nutatio, quam in Curione patre inrisit et Iulius, quaerens, 'quis in luntre loqueretur', et Sicinius: nam cum adsidente collega, qui erat propter valetudinem et deligatus et plurimis medicamentis delibutus, multum se Curio ex more iactasset, 'numquam', inquit, 'Octavi, collegae tuo gratiam referes, qui nisi fuisset, hodie te istic muscae comedissent'. **130** iactantur et umeri, quod vitium Demosthenes ita dicitur emendasse, ut, cum in angusto quodam

se añade un movimiento del cuerpo. **126** Dar algún paso hacia adelante es oportuno, si se trata de un movimiento corto, lleno de mesura y si se hace rara vez. También el dar algún paso de un lado a otro será ya conveniente cuando se detiene el discurso por causa de los excesivos intervalos de los aplausos, aunque Cicerón sólo rara vez aprueba estos pasos y esto no por larga duración *(De orat.* 18, 59). Ahora bien, el *correr de una parte a otra* (en círculo) y, lo que sobre Sura Manlio dijo Domicio Afro, *el ajetrearse,* es una absoluta impertinencia (cf. *Orat. Rom. Frag.* p. 569, ed. Muench); y Verginio Flavo preguntó con fino gracejo acerca de un antisofista, rival suyo, *cuántas millas había caminado durante la pronunciación de un discurso* (cf. Libro 3, 1, 21). **127** También tengo sabido aquel otro precepto de no apartarnos de la vista de los jueces, al dar unos pasos de un lado a otro, sino que nuestros pies deben encaminarse a un lado mientras nosotros permanecemos con los ojos vueltos al tribunal. Esto no puede hacerse en procesos privados, pero también las distancias son más cortas, y no nos apartamos mucho tiempo de la mirada de los jueces. Sin embargo, también a veces está permitido retroceder lentamente. Algunos hasta dan saltos atrás, lo que es abiertamente ridículo. **128** Lo mismo que a su debido lugar es oportuno *dar con el pie en el suelo,* como dice Cicerón *(De orat.* 3, 59, 220), a saber, en las disputas, bien sea al principio o al final de ellas, así es cosa de orador necio el hacerlo a cada paso, y deja de atraer hacia sí la atención del juez. También está mal visto el movimiento frecuente a derecha e izquierda manteniéndose el orador alternativamente sobre uno y otro pie. A toda costa hay que evitar el tono blando en la pronunciación, como dice Cicerón haber sido el de Ticio (cf. *Bruto* 62, 225 s.), de donde también ha recibido el apelativo de *Ticio* un modo de bailar. **129** Hemos de censurar igualmente ese balanceo frecuente y acelerado de un lado a otro, del cual se burló Julio a propósito de Curión padre, al preguntar *quién hablaba en la canoa,* como también se mofó Sicinio (cf. *Orat. Rom. Frag.,* p. 274, y Libro 6, 3, 76): porque al estar sentado de nuevo junto a él su colega de oficio, que estaba lleno de vendas por causa de una enfermedad y oliendo a toda suerte de medicamentos, mientras Curión se balanceaba a un lado y a otro, como tenía por costumbre, dijo Sicinio: *Jamás, Octavio, podrás dar gracias a tu colega, porque si él no hubiese estado presente, hoy te habrían comido en este lugar las moscas.* **130** También se levantan y bajan los *hombros,* un defecto del que, según se dice, corrigió en sí Demóstenes de tal

pulpito stans diceret, hasta umero dependens inmineret, ut, si calore dicendi vitare id excidisset, offensatione illa commoneretur. ambulantem loqui ita demum oportet, si in causis publicis, in quibus multi sunt iudices, quod dicimus quasi singulis inculcare peculiariter velimus. **131** illud non ferendum, quod quidam reiecta in umerum toga, cum dextra sinum usque lumbos reduxerunt, sinistra gestum facientes spatiantur et fabulantur, cum etiam laevam restringere prolata longius dextra sit odiosum. unde moneor, ut ne id quidem transeam, ineptissime fieri, cum inter moras laudationum aut in aurem alicuius loquuntur aut cum sodalibus iocantur aut nonnumquam ad librarios suos ita respiciunt, ut sportulam dictare videantur. **132** inclinari ad iudicem, cum doceas, utique si id, de quo loquaris, sit obscurius, decet. incumbere advocato adversis subselliis sedenti iam contumeliosum. reclinari etiam ad suos et manibus sustineri, nisi plane iusta fatigatione delicatum, sicut palam moneri excidentis aut legere: **133** namque in his omnibus et vis illa dicendi solvitur et frigescit adfectus et iudex parum sibi praestari reverentiae credit. transire in diversa subsellia parum verecundum est: nam et Cassius Severus urbane adversus hoc facientem lineas poposcit. et si aliquando concitate itur, numquam non frigide reditur. **134** multum ex iis, quae praecepimus, mutari necesse est ab iis, qui dicunt apud tribunalia: nam et vultus erectior, ut eum, apud quem dicitur, spectet, et gestus ut ad eundem tendens elatior sit necesse est, et alia, quae occurrere etiam me tacente omnibus possunt. itemque ab his, qui

manera que, cuando hablaba de pie en un podio estrecho, le amenazaba sobre el hombro una espada colgada del techo, para que si en el ardor del discurso se le olvidaba esquivar ese defecto, le sirviera de aviso la espada al rozarle el hombro. Conviene que hable un orador dando pasos a uno y otro lado, cuando en los procesos públicos, en que intervienen muchos jueces, queremos como grabar especialmente en cada uno de ellos lo que estamos diciendo. **131** Es inaceptable que ciertos oradores, echando sobre el hombro la toga doblada, mientras con la mano derecha se llevaron el pliegue hasta los muslos, gesticulen con la izquierda y hablen dando pasos a uno y otro lado, cuando es también defectuoso tener la mano izquierda pegada al cuerpo hallándose extendida la derecha. Por esta razón me pongo sobre aviso para no pasar siquiera por alto esa advertencia acerca de cuán fuera de lugar resulta, cuando durante las interrupciones de los aplausos hablan esos oradores al oído de alguien, o gastan bromas con los amigos o alguna vez se ponen a mirar a sus auxiliares amanuenses, de tal modo que parece les están dictando la suma de los honorarios. **132** Inclinarse hacia el juez, cuando expones la causa, es en todo caso conveniente, si la materia, de la que hablas, parece crecientemente oscura. Arrimarse al abogado, que se halla sentado en los bancos de la parte contraria, es ya un acto de insolencia. También inclinar el cuerpo hacia sus demandantes y apoyarse con las manos puestas en ellos, a no ser que uno se encuentre claramente débil por verdadero agotamiento, es un flaco artificio, o hacerse recordar en público algo olvidado, o leer lo escrito; **133** Porque con todas estas actitudes no sólo se destruye la fuerza del discurso, sino también se enfría el sentimiento y el juez cree que se le presta escaso respeto. Pasar a los bancos de la parte contraria es poco respetuoso; pues también Casio Severo, con su fino gracejo contra alguien que esto hacía, le exigió que guardara la línea de separación. Y si alguna vez se traspasa rápidamente en el ardor del discurso, jamás se regresa sin haber producido una fría impresión. **134** Mucho de lo que hemos enseñado debe necesariamente experimentar cambios, cuando se trata de abogados que hablan ante un tribunal; porque hay que levantar más la vista para alcanzar con ella al juez ante el cual se pronuncia el discurso, y el gesto debe ser más amplio, dirigido al mismo sujeto, así como los demás detalles que puedan ocurrírsele a cada uno, aunque yo no haya hablado sobre ellos. Y lo mismo deben observar aquellos que intervinieren en un proceso

sedentes agent: nam et fere fit hoc in rebus minoribus, et idem impetus actionis esse non possunt, et quaedam vitia fiunt necessaria. **135** nam et dexter pes a laeva iudicis sedenti proferendus est, et ex altera parte multi gestus necesse est in sinistrum eant, ut ad iudicem spectent. equidem plerosque et ad singulas clausulas sententiarum video adsurgentis et nonnullos subinde aliquid etiam spatiantis, quod an deceat ipsi viderint: cum id faciunt, non sedentes agunt. **136** bibere aut etiam esse inter agendum, quod multis moris fuit et est quibusdam, ab oratore meo procul absit. nam si quis aliter dicendi onera perferre non possit, non ita miserum est non agere potiusque multo quam et operis et hominum contemptum fateri.

137 Cultus non est proprius oratoris aliquis, sed magis in oratore conspicitur. quare sit, ut in omnibus honestis debet esse, splendidus et virilis: nam et toga et calceus et capillus tam nimia cura quam neglegentia sunt reprendenda. est aliquid in amictu, quod ipsum aliquatenus temporum condicione mutatum est: nam veteribus nulli sinus, perquam breves post illos fuerunt. **138** itaque etiam gestu necesse est usos esse in principiis eos alio, quorum brachium, sicut Graecorum, veste continebatur: sed nos de praesentibus loquimur. cui lati clavi ius non erit, ita cingatur, ut tunicae prioribus oris infra genua paulum, posterioribus ad medios poplites usque perveniant: nam infra mulierum est, supra centurionum. **139** ut purpurae recte descendant, levis cura est, notatur interim neglegentia. latum habentium clavum modus est, ut sit paulum cinctis summissior. ipsam togam rutundam esse et apte caesam velim, aliter enim multis modis fiet enormis.

estando sentados; porque así se hace también por lo general en procesos de menor gravedad, ya que los momentos del discurso no pueden estar tan llenos de vehemencia y aquí algunos defectos resultan inevitables. **135** Pues si uno está sentado a la izquierda del juez, hay que adelantar el pie derecho, y si se está a la derecha, muchos gestos y ademanes irán necesariamente hacia el lado izquierdo, de modo que se dirijan al juez. Veo con acierto a numerosos oradores, que se levantan al formular cada una de las conclusiones de sus pensamientos, y que algunos también dan inmediatamente algunos pasos, y vean ellos personalmente hasta qué punto sea conveniente; de todos modos, cuando hacen esto, no hablan sentados. **136** Beber o también comer mientras tiene lugar el discurso procesal, como muchos tuvieron por costumbre y todavía suelen hacer algunos, debe ser cosa ajena a mi orador. Porque si alguno no puede soportar de otra manera la carga del discurso, entonces no es tan lamentable el no poder hablar en un proceso, y en todo caso es esto mucho mejor que mostrar menosprecio de su tarea y de las personas.

137 El orador no tiene vestidura alguna que sea exclusiva suya, pero en el orador se echa más de ver que en otros. Por tal razón sea ésta sin mácula, como debe ser en todas las personas honorables, y varonil; porque la toga, el calzado y el cabello merecen nuestra censura tanto por el exagerado acicalamiento como por su desaliño. Hay algo en el vestido exterior, que hasta cierto punto cambia por sí mismo de acuerdo con las circunstancias del tiempo; porque entre los antiguos no había pliegues en la toga, y después de ellos fueron muy cortos. **138** Por lo cual los oradores, cuyo brazo quedaba oculto bajo el vestido, como se hacía entre los griegos, tuvieron que servirse de otro diverso género de ademanes al principio del arte de hablar; pero nosotros hablamos del tiempo presente. Quien no tenga derecho a llevar en su túnica la franja de púrpura (senatorial), cíñase de modo que las túnicas lleguen con sus bordes delanteros hasta un poco más abajo de las rodillas y con los de atrás hasta el medio de los jarretes; porque más abajo de estos límites es ya vestido de mujeres, y más arriba lo es de centuriones. **139** Dejar caer rectamente las franjas de púrpura no cuesta mucho esfuerzo, pero a veces se echa de ver el descuido. Regla de los que llevan la franja de púrpura es que la túnica termine un poco más abajo que la de quienes la llevan ceñida. Me gustaría que la túnica sea lo más redonda posible y cortada a medi-

pars eius prior mediis cruribus optime terminatur, posterior eadem portione altius qua cinctura. **140** sinus decentissimus, si aliquo supra imam tunicam fuerit, numquam certe sit inferior. ille, qui sub umero dextro ad sinistrum oblique ducitur velut balteus, nec strangulet nec fluat. pars togae, quae postea inponitur, sit inferior: nam ita et sedet melius et continetur. subducenda etiam pars aliqua tunicae, ne ad lacertum in actu redeat: tum sinus iniciendus umero, cuius extremam oram reiecisse non dedecet. **141** operiri autem umerum cum toto iugulo non oportet, alioqui amictus fiet angustus et dignitatem, quae est in latitudine pectoris, perdit. sinistrum brachium eo usque adlevandum est, ut quasi normalem illum angulum faciat, super quod ora ex toga duplex aequaliter sedeat. **142** manus non impleatur anulis, praecipue medios articulos non transeuntibus: cuius erit habitus optimus adlevato pollice et digitis leviter inflexis, nisi si libellum tenebit. quod non utique captandum est: videtur enim fateri memoriae diffidentiam et ad multos gestus est inpedimento. **143** togam veteres ad calceos usque demittebant, ut Graeci pallium: idque ut fiat, qui de gestu scripserunt circa tempora illa, Plotius Nigidiusque, praecipiunt. quo magis miror Plini Secundi docti hominis et in hoc utique libro paene etiam nimium curiosi persuasionem, qui solitum id facere Ciceronem velandorum varicum gratia tradit,

da, pues de lo contrario caerá desproporcionada de muchas maneras. Su parte anterior termina muy bien en medio de la pierna, la posterior, en igual proporción, más alta que la que se lleva ceñida. **140** El pliegue más bello se hace cuando una parte suya cae sobre la franja baja de la túnica, pero en todo caso jamás llegue más abajo de la franja. El pliegue que corre transversal bajo el hombro derecho hasta el izquierdo, como un talabarte (en que cuelga la espada), no debe quedar tenso ni flojo. La parte de la toga, que se dobla después (sobre el hombro izquierdo), debe llegar más abajo; porque así se acomoda mejor y mantiene su forma. También debe doblarse una parte de la túnica, para que no se deslice al brazo durante el discurso procesal; entonces se debe colocar sobre el hombro el pliegue, cuya parte extrema no será mal vista si la doblamos. **141** Pero no conviene que se cubra el hombro junto con todo el cuello, de lo contrario se estrechará la túnica y pierde su digna manifestación, que reside en la anchura del pecho. El brazo izquierdo debe elevarse de modo que forme, por así decirlo, como un ángulo recto, sobre el cual la doble franja, que ofrece la toga, cuelgue por igual a uno y otro lado. **142** La mano no debe llenarse de anillos, sobre todo no de aquellos que sobresalen más que los que se llevan en el dedo central. La mejor posición de la mano se da cuando el *pulgar* se mantiene elevado y los otros dedos levemente curvados, a no ser que la mano tenga cogido un manuscrito. Esto no se debe tomar como regla absoluta, porque parece manifestar la inseguridad de la memoria y sirve de obstáculo a muchos ademanes y gestos. **143** Los antiguos permitían que las túnicas llegaran hasta el calzado, como los griegos el *palio* (capa o manteo de mujeres y hombres); y la razón por la que esto se hace, la dejaron escrita como norma, en lo que atañe al ademán y al gesto, los autores que vivieron alrededor de esos tiempos, *Plocio* y *Nigidio* (Plocio Galo, autor de una obra *Sobre el gesto* siendo joven Cicerón, y Nigidio Fígulo, amigo también de Cicerón, conocido por sus estudios gramaticales). Tanto más me causa extrañeza la persuadida opinión de Plinio Segundo, hombre culto y también en su respectivo libro siempre casi demasiado amante del saber (famoso autor de una Historia Natural y de una obra sobre la formación del orador en tres libros, cf. aquí Libro 3, 1, 21, y Plinio, *Epist.* 3, 3, 5), quien trasmite cómo Cicerón acostumbraba a hacer esto con el objeto de ocultar sus varices, mientras esta clase de vestidura exterior apa-

cum hoc amictus genus in statuis eorum quoque, qui post Ciceronem fuerunt, appareat. **144** palliolum sicut fascias, quibus crura vestiuntur, et focalia et aurium ligamenta sola excusare potest valetudo.

Sed haec amictus observatio, dum incipimus: procedente vero actu, iam paene ab initio narrationis, sinus ab umero recte velut sponte delabitur, et, cum ad argumenta ac locos ventum est, reicere a sinistro togam, deicere etiam, si haereat, sinum conveniet. **145** laeva a faucibus ac summo pectore abducere licet: ardent enim iam omnia. et ut vox vehementior ac magis varia est, sic amictus quoque habet actum quendam velut proeliantem. **146** itaque ut laevam involvere toga et incingi paene furiosum est, sinum vero in dextrum umerum ab imo reicere solutum ac delicatum (fiuntque adhuc peius aliqua), ita cur laxiorem sinum sinistro brachio non subiciamus? habet enim acre quiddam atque expeditum et calori concitationique non inhabile. **147** cum vero magna pars est exhausta orationis, utique adflante fortuna, paene omnia decent, sudor ipse et fatigatio et neglegentior amictus et soluta ac velut labens undique toga. **148** quo magis miror hanc quoque succurrisse Plinio curam, ut ita sudario frontem siccari iuberet, ne comae turbarentur, quas componi post paulum, sicuti dignum erat, graviter et severe vetuit. mihi vero illae quoque turbatae prae se ferre aliquid adfectus et ipsa oblivione curae huius commendari videntur. **149** at si incipientibus aut paulum progressis decidat toga, non reponere eam prorsus neglegentis aut pigri aut quo modo debeat amiciri nescientis est.

quilidad, el arrepentimiento, la expectativa de todos los posibles castigos. ¿Dónde hay aquí en medio de estos sentimientos lugar alguno para la ciencia del lenguaje o para cualquier otra arte noble? No realmente otro sino el que tiene un lugar para producir frutos en una tierra de la que se han apoderado abrojos y zarzas. **8** Pero sigamos. ¿No será necesaria una forma de vida moderada para soportar los esfuerzos de los estudios? ¿Qué se puede esperar, por tanto, del ansia por el placer y del exceso en esperar goces? ¿No incita sobre todo el amor a la alabanza hacia el apasionado amor a la ciencia? ¿Acaso, pues, pensamos que a los hombres malos les importa la alabanza? ¿Quién no ve ya que la mayor parte de un discurso consiste en la consideración de la justicia y del bien? ¿Podrá un hombre perverso e inicuo hablar de estos valores como pide la dignidad de estos principios? **9** Por último —para dejar a un lado la parte más importante de esta cuestión—, concedamos, cosa absolutamente imposible, el mismo grado de talento, de deseo de aprender y de cultura al peor y al mejor de los hombres: ¿quién de los dos se dirá que es mejor orador? Naturalmente aquel que también como hombre es el mejor. Así pues, jamás un hombre malo podrá ser también al mismo tiempo un perfecto orador. **10** Porque no es perfecta una cosa cuando existe otra mejor que ella. Pero, para que no parezca que, al estilo de los filósofos socráticos, nosotros mismos nos hemos preparado la respuesta, por más que haya alguno tan aferrado contra la verdad, hasta el extremo de atreverse a decir que un hombre malo, dotado del mismo talento, del mismo deseo de aprender, de la misma cultura, en nada podrá ser peor orador que un hombre bueno: refutemos también su insensatez. **11** Porque ninguno ciertamente pondrá esto en duda: *todo discurso tiene por meta conseguir que cuanto se expone parezca al juez verdadero e intachable.* ¿Quién, pues, persuadirá con más facilidad esto, el hombre honrado o uno malo? El honrado, ciertamente, y dirá más veces la verdad y lo decoroso. **12** Con todo, aun cuando alguna vez, guiado por alguna obligación (lo cual puede suceder, como después informaremos) —cf. n.º 34 ss.—, intentare probar esa verdad y decoro sirviéndose de la mentira, forzoso es que se le oiga con mayor credibilidad. Por el contrario, a los hombres malos alguna vez les fracasa hasta la desfiguración de los hechos, por su menosprecio a la opinión vigente y por su ignorancia del Derecho. De aquí resulta que se pongan por meta efectos desmedidos, que

sine pudore adfirmant. **13** sequitur in iis, quae certum est effici non posse, deformis pertinacia et inritus labor: nam sicut in vita, ita in causis quoque spes improbas habent, frequenter autem accidit, ut iis etiam vera dicentibus fides desit videaturque talis advocatus malae causae argumentum.

14 Nunc de iis dicendum est, quae mihi quasi conspiratione quadam vulgi reclamari videntur: 'orator ergo Demosthenes non fuit? atqui malum virum accepimus. non Cicero? atqui huius quoque mores multi reprenderunt'. quid agam? magna responsi invidia subeunda est, mitigandae sunt prius aures. **15** mihi enim nec Demosthenes tam gravi morum dignus videtur invidia, ut omnia, quae in eum ab inimicis congesta sunt, credam, cum et pulcherrima eius in re publica consilia et finem vitae clarum legam, **16** nec M. Tullio defuisse video in ulla parte civis optimi voluntatem. testimonio est actus nobilissime consulatus, integerrime provincia administrata et repudiatus vigintiviratus, et civilibus bellis, quae in aetatem eius gravissima inciderunt, neque spe neque metu declinatus animus, quo minus optimis se partibus, id est, rei publicae iungeret. **17** parum fortis videtur quibusdam, quibus optime respondit ipse, 'non se timidum in suscipiendis, sed in providendis periculis': quod probavit morte quoque ipsa, quam praestantissimo suscepit animo. **18** quod si defuit his viris summa virtus, sic quaerentibus, an oratores fuerint, respondebo, quo modo Stoici, si interrogentur, an sapiens Zeno, an Cleanthes, an Chrysippus ipse, respondeant, magnos quidem illos ac venerabiles, non tamen id, quod natura hominis summum habet, consecutos. **19** nam et Pythagoras non sapien-

hagan afirmaciones sin rubor alguno. **13** En las cosas, que ciertamente no les es posible alcanzar, les acompaña una torpe obstinación y un trabajo inútil; porque lo mismo que en su vida, así abrigan también en los procesos judiciales esperanzas injustas, y con frecuencia ocurre que les falte credibilidad aunque digan la verdad, y que un abogado de esta calaña haga la impresión de ser un argumento para una mala causa.

14 Ahora hemos de hablar acerca de las objeciones que parece se están voceando contra mí como en una especie de conjuración de la gente: *¿Entonces, Demóstenes no fue orador? Pues se nos ha dicho que fue un hombre malo. ¿Tampoco Cicerón? Sin embargo, muchos censuraron también sus costumbres.* ¿Qué haré ante tales objeciones? Grande es la odiosidad que ha de acarrearme la respuesta; tratemos primero de sosegar los oídos de la gente. **15** A mí ni Demóstenes me parece merecer tan duro rechazo por sus costumbres, como tampoco daré crédito a todo lo que contra él han acumulado sus enemigos, cuando leo tanto sus hermosísimos pensamientos vinculados con el Estado como el glorioso final de su vida, **16** ni veo que a Cicerón le haya faltado en obligación alguna la voluntad propia del mejor ciudadano. Prueba de esto es el Consulado, que él desempeñó con suma nobleza, la Provincia (de Asia), que gobernó con absoluta integridad y el no haber aceptado formar parte del Consejo de los Veinte (el Veintivirato para ejecución de las leyes agrarias del año 59, cf. *Epist. ad Att.* 2, 19, 4), lo mismo que en las guerras civiles (entre César y Pompeyo), que con extrema gravedad ocurrieron en vida suya, ni la esperanza ni el miedo doblegaron su espíritu, para que no se uniera a los defensores de los más nobles intereses de un partido, es decir, de la República. **17** Poco valiente parece a algunos, a quienes él mismo dio la mejor respuesta: *él no era tímido en afrontar peligros, sino en preverlos* (lugar no bien conocido, aunque cf. *Epist. Fr.*, p. 97, ed. Weyssenhoff); lo demostró con su propia muerte, que aceptó con altísimo valor (asesinado por los sicarios de M. Antonio). **18** Pero si a estos hombres les faltó la más alta virtud, yo replicaré a esos, que así ponen en duda si ellos fueron oradores, del mismo modo que puedan responder, los estoicos, si se les preguntara si son sabios Cleantes y el propio Crisipo: grandes y dignos de veneración fueron aquellos hombres, pero no consiguieron lo que la naturaleza del hombre tiene en sí oculto como suma grandeza (cf. *Stoic. Vet. Frag.* 1, 44, ed. Arnim). **19** Porque también Pitágoras no quiso que se le llamara 'sabio',

tem se, ut qui ante eum fuerunt, sed studiosum sapientiae vocari voluit. ego tamen secundum communem loquendi consuetudinem saepe dixi dicamque, perfectum oratorem esse Ciceronem, ut amicos et bonos viros et prudentissimos dicimus vulgo, quorum nihil nisi perfecte sapienti datur. sed cum proprie et ad legem ipsam veritatis loquendum erit, eum quaeram oratorem, quem et ille quaerebat. **20** quamquam enim stetisse ipsum in fastigio eloquentiae fateor, ac vix, quid adici potuerit, invenio, fortasse inventurus, quid adhuc abscisurum putem fuisse (nam fere sic docti iudicaverunt, plurimum in eo virtutum, nonnihil fuisse vitiorum, et se ipse multa ex illa iuvenili abundantia coercuisse testatur): tamen, quando nec sapientis sibi nomen minime sui contemptor adseruit et melius dicere, certe data longiore vita et tempore ad componendum securiore, potuisset, non maligne crediderim defuisse ei summam illam, ad quam nemo propius accessit. **21** et licebat, si aliter sentirem, fortius id liberiusque defendere. an vero M. Antonius neminem a se visum eloquentem, quod tanto minus erat, professus est, ipse etiam M. Tullius quaerit adhuc eum et tantum imaginatur ac fingit: ego non audeam dicere, aliquid in hac, quae superest, aeternitate inveniri posse eo, quod fuerit, perfectius? **22** transeo illos, qui Ciceroni ac Demostheni ne in eloquentia quidem satis tribuunt: quamquam neque ipsi Ciceroni Demosthenes videatur satis esse perfectus, quam dormitare interim dicit, nec Cicero Bruto Calvoque, qui certe compositionem illius etiam apud ipsum reprendunt, nec Asinio

como los que le precedieron en la filosofía, sino 'amante de la sabiduría'. Yo, sin embargo, he dicho muchas veces según el modo común de hablar, y lo seguiré diciendo, que Cicerón es un 'orador perfecto', como generalmente llamamos varones buenos y muy prudentes a los amigos, cuyas cualidades no atribuimos si no es al que posee con perfección la sabiduría. Pero cuando fuere necesario hablar con propiedad y según la ley misma de la verdad, buscaré entonces aquel orador, que Cicerón también buscaba *(Orat.* 2, 7). **20** Porque aunque confieso que él mismo se mantuvo firme en la cima de la elocuencia, y apenas encuentro cosa alguna que pudiera añadirse, quizá encontraría yo algo, que piense tendría él todavía que haber cercenado (porque en general así han juzgado los entendidos en esta materia, es decir, que en él se encuentra la mayoría de las buenas cualidades [virtudes oratorias], que hubo en él algunos errores, y que él mismo asegura *[Orat.* 30, 108, y *Brut.* 91, 316] que se corrigió de muchas cosas de aquella su abundancia juvenil); sin embargo, puesto que no se adjudicó el nombre de sabio, si bien no tuvo en menosprecio a su propia personalidad, y pudo decir que habría ciertamente rendido mejores frutos como orador, si se le hubiera otorgado una vida más larga y un tiempo más tranquilo para crear su obra, yo podría creer, sin agraviarle, que le faltó llegar a aquella cima de la que nadie como él estuvo más cerca. **21** Y si yo sintiera otra cosa, podía defenderla con más insistencia y con más libertad. ¿Acaso no dijo públicamente M. Antonio —lo que tanto menos importaba— no haber visto jamás a un hombre elocuente (cf. *De orat.* 1, 21, 94)? ¿Y no busca todavía el mismo M. Tulio al orador de tal rango y solamente traza su imagen y la esculpe? ¿Y yo no me atreveré a decir que en este tiempo eterno, que todavía resta, puede encontrarse algo más perfecto que lo que ha existido? **22** Paso por alto a aquellos que ni siquiera a Cicerón y a Demóstenes reconocen una suficiente categoría en su elocuencia, si bien ni al mismo Cicerón le parece Demóstenes ser asaz perfecto, de quien dice que a veces *dormita* (cf. Libro 10, 1, 24), ni Cicerón a Bruto y Calvo *(Frag. Epist.* IX a 4; véase Tácito, *Dialogus de orat.* 18, 6), quienes ante él mismo critican en todo caso su estilo en la *unión de palabras,* ni a los Asinios, padre e hijo, quienes en numerosos lugares lanzan ante él ataques, hasta con la agresividad de un enemigo, contra los errores de su estilo (Asinio Galo, valora a su padre, Asinio Polión, brillante militar

utrique, qui vitia orationis eius etiam inimice pluribus locis insequuntur.

23 Concedamus sane, quod minime natura patitur, repertum esse aliquem malum virum summe disertum, nihilo tamen minus oratorem eum negabo. nam nec omnibus, qui fuerint manu prompti, viri fortis nomen concesserim, quia sine virtute intellegi non potest fortitudo. **24** an ei, qui ad defendendas causas advocatur, non est opus fide, quam neque cupiditas corrumpat nec gratia avertat nec metus frangat: sed proditorem, transfugam, praevaricatorem donabimus oratoris illo sacro nomine? quod si mediocribus etiam patronis convenit haec quae vulgo dicitur bonitas, cur non orator ille, qui nondum fuit, sed potest esse, tam sit moribus quam dicendi virtute perfectus? **25** non enim forensem quandam instituimus operam nec mercennariam vocem neque, ut asperioribus verbis parcamus, non inutilem sane litium advocatum, quem denique causidicum vulgo vocant, sed virum cum ingenii natura praestantem, tum vero tot pulcherrimas artis penitus mente complexum, datum tandem rebus humanis, qualem nulla antea vetustas cognoverit, singularem perfectumque undique, optima sentientem optimeque dicentem. **26** in hoc quota pars erit, quod aut innocentis tuebitur aut inproborum scelera compescet aut in pecuniariis quaestionibus veritati contra calumniam aderit? summus ille quidem in his quoque operibus fuerit, sed maioribus clarius elucebit, cum regenda senatus consilia et popularis error ad meliora ducendus. **27** an

y autor de tragedias, más que a Cicerón, cf. Plinio, *Epist.* 7, 4; sobre su persona, cf. Virg., *Egl.* 4 y *Egl.* 8, 6 ss.).

23 Concedamos enhorabuena, cosa que la naturaleza de ningún modo admite, que se haya encontrado algún hombre malo, que a su vez fuera elocuente en grado sumo; sin embargo, a pesar de ello negaré yo que este hombre sea orador. Porque tampoco daré yo el nombre de hombre valiente a todos los que están dispuestos al golpe rápido, ya que la valentía no puede entenderse si no es como una virtud (el justo medio). **24** ¿Por ventura el hombre, que es llamado para asumir la defensa en los procesos, no necesita tener la credibilidad, que no corrompa la avaricia ni sea apartada por las influencias ni el temor la quebrante, sino que regalaremos el sagrado nombre de orador a un traidor, a un desertor, a un prevaricador? Y si ya conviene hasta a los medianos abogados esa virtud llamada generalmente bondad (un buen nombre), ¿por qué aquel orador, que todavía no hubo, pero que puede haber, no podrá ser tan perfecto en su vida moral como en la capacidad de hablar? **25** Porque nosotros no formamos cualquier clase de instrumento forense (cf. Cic., *De orat.* 1, 18, 83) ni una venal habilidad de voz ni —para ahorrarnos palabras más duras— al abogado que no es inútil ayuda en los pleitos, a quien por lo general llaman justamente *causídico* (mediano asesor jurídico en los pleitos, sin formación oratoria, cf. Cic., *Orat.* 1, 46, y *Orat.* 9; Ovidio, *Amor.* 1, 13, 21, y *Juvenal* VI, 138), sino a un varón tan sobresaliente por su talento natural, como así por haber abrazado profundamente en su espíritu toda suerte de las más bellas doctrinas sobre el arte, dado en definitiva como regalo en favor de los intereses humanos, cual no hubiera conocido antes ningún tiempo antiguo, una persona singular y perfecta desde todo punto de vista, que tenga los más nobles pensamientos y que hable con las más hermosas palabras. **26** ¡Cuán poca cosa significará para propio interés en este hombre su futuro deber en defender a los inocentes, o el tener a raya a los malvados, o el estar al lado de la verdad contra la calumnia en los litigios por causa del dinero! Sin duda será él también insuperable en dichas tareas, pero aún brillará con mayor fulgor en otras de más importancia, cuando se trate de dirigir las deliberaciones del Senado y conducir al pueblo de sus errores a soluciones mejores. **27** ¿Acaso no parece Virgilio haber forjado a un hombre de tal dignidad, a quien pre-

non talem quendam videtur finxisse Vergilius, quem in seditione vulgi iam faces et saxa iaculantis moderatorem dedit:

> tum pietate gravem ac meritis si forte virum quem
> conspexere, silent arrectisque auribus astant.

habemus igitur ante omnia virum bonum: post hoc adiciet dicendi peritum: ille regit dictis animos et pectora mulcet.

28 quid? non in bellis quoque idem ille vir, quem instituimus, si sit ad proelium miles cohortandus, ex mediis sapientiae praeceptis orationem trahet? nam quo modo pugnam ineuntibus tot simul metus laboris, dolorum, postremo mortis ipsius exciderint, nisi in eorum locum pietas et fortitudo et honesti praesens imago successerit? **29** quae certe melius persuadebit aliis qui prius persuaserit sibi. prodit enim se, quamlibet custodiatur, simulatio, nec umquam tanta fuerit loquendi facultas, ut non titubet ad haereat, quotiens ab animo verba dissentiunt. **30** vir autem malus aliud dicat necesse est quam sentit: bonos numquam honestus sermo deficiet, numquam rerum optimarum (nam idem etiam prudentes erunt) inventio: quae etiam si lenociniis destituta sit, satis tamen natura sua ornatur nec quicquam non diserte, quod honeste, dicitur. **31** quare, iuventus, immo omnis aetas (neque enim rectae voluntati serum est tempus ullum) totis mentibus huc tendamus, in hoc elaboremus: forsan et consummare contingat. nam si natura non prohibet et esse virum bonum et esse dicendi peritum, cur non aliquis etiam unus utrumque consequi possit? cur autem non se quisque speret fore illum aliquem? **32** ad quod si vires ingeni non suffecerint, tamen

sentó el poeta como pacificador en una rebelión del pueblo, que ya estaba arrojando teas encendidas y piedras? Así dice:

> *Entonces si vieron acaso a un digno varón, respetable*
> *por su piedad y sus méritos, hacen silencio y se paran*
> *con oídos atentos* (*En.* 1, 151-152).

Aquí tenemos, pues, en primer lugar, a un hombre *bueno;* tras esto añade: *un hombre que sabe hablar:*

Con sus palabras gobierna los ánimos y apacigua los pechos

(*En.* 1, 153). **28** ¿Qué más diré? ¿Este mismo varón, que quiero formar, si en tiempos de guerra hay que exhortar también a la tropa a entrar en batalla, no sacará su discurso de las inmediatas enseñanzas de la sabiduría? Porque ¿de qué manera a los que van a entrar en lucha se les quitará al mismo tiempo tantos miedos a la fatiga, a los dolores, por último a la misma muerte, si en lugar de estos peligros no apareciese la piedad (amor a la patria y familia), la valentía y la imagen real del honor? **29** Lo que ciertamente persuadirá mejor a otros quien antes se haya persuadido a sí mismo. Porque por mucho que esté uno sobre aviso, el fingimiento se traiciona a sí mismo, ni jamás podrá ser tan grande la habilidad en el hablar, que no titubee y se paralice siempre que las palabras están en contra de los sentimientos del corazón. **30** Pero es inevitable que un hombre malo diga algo contrario a lo que siente; a los hombres buenos nunca les faltará la palabra honrada, nunca (porque serán también ellos mismos hombres prudentes) el hallazgo de las más nobles y mejores ideas (porque también serán). Este encuentro, aun cuando esté despojado de seductores recursos, tiene, sin embargo, por su propio modo de ser, el ornato suficiente, y jamás se dice sin elocuencia todo lo que es honorable. **31** Por esta razón, jóvenes queridos, aún más, toda edad humana (puesto que ningún tiempo de la vida es tarde para una voluntad honrada), dirijámonos con todas las potencias del alma hacia esta meta, en esto trabajemos sin fatiga: quizá sea también posible llegar a su perfección definitiva. Porque si la naturaleza no impide ser al mismo tiempo un hombre honrado y un hombre diestro en la palabra, ¿por qué razón no podría conseguir una misma persona lo uno y lo otro? ¿Y por qué razón no puede esperar cada uno ser él mismo *aquella una persona?* **32** Si las fuerzas del talento no fueren suficientes para ello, sin embargo, en la medida en que poda-

ad quem usque modum processerimus, meliores erimus ex utroque. hoc certe procul eximatur animo, rem pulcherrimam eloquentiam cum vitiis mentis posse misceri. facultas dicendi, si in malos incidit, et ipsa iudicanda est malum: peiores enim illos facit, quibus contingit.

33 Videor mihi audire quosdam (neque enim deerunt umquam, qui diserti esse quam boni malint) illa dicentis: 'quid ergo tantum est artis in eloquentia? cur tu de coloribus et difficilium causarum defensione, nonnihil etiam de confessione locutus es, nisi aliquando vis ac facultas dicendi expugnat ipsam veritatem? bonus enim vir non agit nisi bonas causas, eas porro etiam sine doctrina satis per se tuetur veritas ipsa'. **34** quibus ego, cum de meo primum opere respondero, etiam pro boni viri officio, si quando eum ad defensionem nocentium ratio duxerit, satisfaciam. pertractare enim, quo modo aut pro falsis aut etiam pro iniustis aliquando dicatur, non est inutile, vel propter hoc solum, ut ea facilius et deprendamus et refellamus, quem ad modum remedia melius adhibebit, cui nota quae nocent fuerint. **35** neque enim Academici, cum in utramque disserunt partem, non secundum alteram vivent, nec Carneades ille, qui Romae audiente censorio Catone non minoribus viribus contra iustitiam dicitur disseruisse quam pridie pro iustitia dixerat, iniustus ipse vir fuit. verum et virtus quid sit adversa ei malitia detegit, et aequitas fit ex iniqui contemplatione manifestior, et plurima con-

mos progresar hacia esa meta, seremos mejores desde ambos objetivos. En todo caso arránquese lejos de nuestro corazón este pensamiento: que pueda contaminarse la más bella elocuencia con los vicios del alma. La habilidad en la oratoria, si cae en poder de los malos, aun ella misma debe ser juzgada como infortunio: porque hace peores a aquellos a quienes es concedida.

33 Me parece estar oyendo a algunos (pues tampoco faltarán jamás los que quieran más ser elocuentes que hombres buenos) que ponen las conocidas objeciones: *¿Para qué, pues, esa grandeza de arte en la elocuencia? ¿Por qué has hablado tú de los llamativos adornos del discurso y de la defensa de los pleitos difíciles, algo también sobre la confesión de la culpa* (cf. Libro 4, 2, 94 ss.), *si el poder y la soltura en el hablar no triunfan alguna vez sobre la misma verdad? Porque un hombre honrado no asume sino pleitos honrosos, y ciertamente la verdad les da suficiente defensa, por sí misma, hasta sin necesidad de enseñanza retórica.* **34** A los cuales después de haberles dado una respuesta, en primer lugar acerca de mi obra, daré también satisfacción, teniendo presente la obligación del orador en cuanto hombre bueno, si su reflexión le llevare alguna vez a defender a personas culpables. Porque tratar a fondo en la enseñanza de qué manera se pueda defender alguna vez cosas falsas o aun injustas, no es algo inútil, ya por la sola razón de comprenderlas y refutarlas con más facilidad, como también aplicará mejor las medicinas el que hubiere conocido las que perjudican. **35** Pues los filósofos de la Academia, aunque discuten una tesis a favor y en contra, no dejarán de elegir una de ellas según quieran orientar su vida, ni el ilustre Carnéades, de quien se dice que en Roma, en presencia del Censor Catón, pronunció un discurso contra la justicia, con no menor energía de la que el día anterior había empleado a favor de ella, fue por esa conducta un hombre injusto (Carnéades de Cirene, nacido el 249 a. d. C., estoico en la primera parte de su vida, fundador de la Nueva Academia, embajador de Atenas en Roma el año 155, donde produjo gran impresión e influencia. Cicerón lo recuerda en el Libro tercero de su *República*. Marco Porcio Catón, 234-149 a. d. C. se opuso a la cultura griega, desterró a los filósofos y cerró las escuelas de retórica). En realidad la virtud descubre qué sea la malicia, contraria suya, y la equidad se hace más patente desde la consideración de la iniquidad, y muchísimas cosas se demuestran por las ideas contrarias. Por tanto, el orador debe conocer las intenciones de la parte contraria con tanta precisión como un

trariis probantur: debent ergo oratori sic esse adversariorum nota consilia ut hostium imperatori. **36** verum et illud, quod prima propositione durum videtur, potest adferre ratio, ut vir bonus in defensione *causae velit* auferre *aliquando iudici* veritatem. quod si quis a me proponi mirabitur (quamquam non est haec mea proprie sententia, sed eorum, quos gravissimos sapientiae magistros aetas vetus credidit), sic iudicet, pleraque esse, quae non tam factis quam causis eorum vel honesta fiant vel turpia. **37** nam si hominem occidere saepe virtus, liberos necare nonnumquam pulcherrimum est, asperiora quaedam adhuc dictu, si communis utilitas exegerit, facere conceditur: ne hoc quidem nudum est intuendum, qualem causam vir bonus, sed etiam quare et qua mente defendat. **38** ac primum concedant mihi omnes oportet, quod Stoicorum quoque asperrimi confitentur, facturum aliquando bonum virum ut mendacium dicat, et quidem nonnumquam levioribus causis, ut in pueris aegrotantibus utilitatis eorum gratia multa fingimus, multa non facturi promittimus: **39** nedum si ab homine occidendo grassator avertendus sit aut hostis pro salute patriae fallendus, ut hoc, quod alias in servis quoque reprendendum est, sit alias in ipso sapiente laudandum, id si constiterit, multa iam video posse evenire, propter quae orator bene suscipiat tale causae genus, quale remota ratione honesta non recepisset. **40** sed nec hoc dico, quia severiores sequi placet leges, pro patre, fratre, amico periclitantibus, tametsi non mediocris haesitatio est hinc iustitiae proposita imagine, inde pietatis. nihil dubii relinquamus. sit aliquis insidiatus tyranno atque ob id reus: utrumne salvum eum nolet is, qui a nobis fini-

general las de sus enemigos. **36** Pero en realidad también la reflexión puede llevar a una decisión, que a primera vista parece cosa dura con la afirmación de que un hombre honrado quiera alguna vez, mientras defiende un caso, privar al juez de la verdad de los hechos. Y si alguno se sorprendiere de que yo lo proponga (aunque no es éste propiamente mi sentir, sino el de aquellos a quienes la antigüedad tuvo por los más importantes maestros de la sabiduría), ojalá por sí mismo piense, como un juez, que hay muchísimos casos, que no llegan a ser honrosos o deshonrosos tanto por las acciones como por las causas que los motivan. **37** Porque si muchas veces es un acto heroico matar a un hombre y alguna vez la mayor acción gloriosa dar muerte a los propios hijos y, si lo exige el bien común, se permite cometer ciertos actos que se oyen todavía con mayor horror, entonces no sólo se debe tener ante la vista la desnuda realidad, cual es la que defiende un hombre honrado, sino también *por qué y desde qué modo de pensar.* **38** Y, en primer lugar, deben admitir todos conmigo lo que admiten hasta los más rígidos de los Estoicos: que un hombre honrado se verá alguna vez en situación de tener que decir una mentira (cf. *Stoic. Veter.* Frag. 3, 555, ed. Arnim), y alguna que otra vez precisamente en casos de menor importancia, como cuando a los niños que están enfermos, con algún fin de utilidad para ellos, les inventamos muchas cosas y les prometemos otras muchas que no vamos a cumplir; **39** y no solamente si se trata de apartar a un salteador de matar a un hombre o de engañar a un enemigo para salvación de la patria, o de lo que si unas veces merece reprensión hasta en los esclavos, sea otras merecedor de alabanza en un auténtico sabio. Si esto es en sí consistente, veo ya que pueden presentarse muchas ocasiones por cuyas razones podría un orador asumir con decoro un género de causa de tal naturaleza, como no la hubiera aceptado, si le faltare su motivación honrosa. **40** Pero no digo esto porque agrade seguir las leyes más severas, cuando en un proceso se defiende a un padre, a un hermano o a un amigo que se hallan en peligro, aunque no es pequeña la vacilación, si de un lado se interpone la imagen de la justicia y de otro el amor debido a la familia y a los amigos. No dejemos duda alguna. Supongamos que alguien ha hecho un atentado contra un tirano y se le inculpa por esto: ¿no deseará el orador, tal como lo definimos nosotros, que quede salvo de condena? ¿Acaso si tomare a cargo su defensa, no la defen-

tur, orator? an, si tuendum susceperit, non tam falsis defendet, quam qui apud iudices malam causam tuetur? **41** quid si quaedam bene facta damnaturus est iudex, nisi ea non esse facta convicerimus, non vel hoc modo servabit orator non innocentem modo, sed etiam laudabilem civem? quid si quaedam iusta natura, sed condicione temporum inutilia civitati sciemus, nonne utemur arte dicendi bona quidem, sed malis artibus simillima? **42** ad hoc nemo dubitabit, quin, si nocentes mutari in bonam mentem aliquo modo possint, sicut posse conceditur, salvos esse eos magis e re publica sit quam puniri, si liqueat igitur oratori futurum bonum virum <cui>, nunc vera obicientur, non id aget, ut salvus sit? **43** da nunc, ut crimine manifesto prematur dux bonus, et sine quo vincere hostem civitas non possit, nonne ei communis utilitas oratorem advocabit? certe Fabricius Cornelium Rufinum, et alioqui malum civem et sibi inimicum, tamen, quia utilem sciebat ducem, imminente bello palam consulem suffragio suo fecit atque id mirantibus quibusdam respondit, a cive se spoliari malle quam ab hoste venire. ita hic si fuisset orator, non defendisset eundem Rufinum vel manifesti peculatus reum? **44** multa dici possunt similia, sed vel unum ex iis quodlibet sufficit. non enim hoc agimus, ut istud illi, quem formamus, viro saepe sit faciendum, sed ut, si talis coegerit ratio, sit tamen vera finitio oratorem esse virum bonum dicendi peritum. **45** praecipere vero ac discere, quo modo etiam probatione difficilia tractentur, necessarium est. nam frequenter etiam optimae causae similes sunt malis et innocens reus multis veri similibus premi-

derá con tantas pruebas falsas como el que defiende delante de los jueces un caso injusto? **41** ¿Qué podrá ocurrir cuando un juez estuviere decidido a condenar algunos hechos buenos, si no le convenciéremos de que no han tenido lugar esos hechos? ¿No salvará un orador, aun sirviéndose de este medio, no sólo al inocente, sino hasta a este mismo ciudadano digno de toda alabanza? Y si supiéremos que ciertas acciones son justas por su propia naturaleza, pero en virtud de las circunstancias son desfavorables a la ciudad, ¿por ventura no haremos uso de un buen arte oratorio, pero que es equívocamente muy parecido a malas estratagemas? **42** Además de esto, nadie pondrá en duda que si los delincuentes pueden de alguna manera cambiar su modo de pensar para llevar una vida honrada, como por lo general se admite que es posible, más en interés del Estado estará el dejarlos libres que el castigarlos. Por tanto, cuando el orador tiene claro que podrá hacerse un hombre honrado éste, a quien ahora se acusa de verdaderas inculpaciones, ¿no hará cuanto esté a su alcance para liberarlo? **43** Supongamos ahora que es acusado de un crimen manifiesto un buen general, y sin el cual no puede la ciudad vencer al enemigo, ¿no le pondrá el interés común un orador que le defienda? En todo caso Fabricio, a pesar de que Cornelio Rufino era, por una parte, un mal ciudadano y enemigo suyo, sin embargo lo hizo claramente con su voto Cónsul, al haber amenaza de guerra, porque sabía que era un excelente general, y dio esta respuesta a los que se sorprendieron por ello: *que prefería ser saqueado por un ciudadano que ser vendido como esclavo por el enemigo* (cf. Cic., *De orat.* 2, 66, 268). De igual modo, si este Fabricio hubiese sido orador, ¿no hubiera defendido a ese mismo Rufino hasta inculpado de manifiesto robo del dinero público? **44** Muchas cosas se pueden aducir parecidas a estos casos, pero es suficiente hasta con un solo ejemplo cualquiera de este género. Porque no tratamos este punto para que el orador, que queremos formar, tenga de hacer eso muchas veces, sino para que, en caso de que una razón de este tenor le obligue, siga, sin embargo, siendo verdadera la definición: *el orador es un hombre honrado que sabe hablar bien.* **45** Pero es necesario enseñar y aprender de qué manera deben tratarse cosas que son difíciles de probar. Porque frecuentemente hasta las mejores causas son parecidas a las malas, y un inculpado inocente es gravado de muchos cargos que tienen visos de verdad; de lo cual resulta que ha de ser defendido con

tur, quo fit, ut eadem actionis ratione defendendus sit, qua si nocens esset. iam innumerabilia sunt bonis causis malisque communia, testes, litterae, suspiciones, opiniones. non aliter autem veri similia quam vera et confirmantur et refelluntur. quapropter, ut res feret, flectetur oratio manente honesta voluntate.

el mismo método de la acción procesal que si fuera culpable. Hay también ya muchas cosas comunes a las causas buenas y a las malas: los testigos, los documentos escritos, las sospechas, las suposiciones. Pero los hechos verosímiles se prueban y refutan por un procedimiento que no es distinto al de los verdaderos. Por esta razón se orientará el discurso, como el caso lo requiera, mientras se mantenga la honrosa intención.

II

1 Quando igitur orator est vir bonus, is autem citra virtutem intellegi non potest, virtus, etiam si quosdam impetus ex natura sumit, tamen perficienda doctrina est: mores ante omnia oratori studiis erunt excolendi atque omnis honesti iustique disciplina pertractanda, sine quo nemo nec vir bonus esse nec dicendi peritus potest. **2** nisi forte accedemus his, qui natura constare mores et nihil adiuvari disciplina putant, scilicet ut ea quidem, quae manu fiunt, atque eorum etiam contemptissima confiteantur egere doctoribus, virtutem vero, qua nihil homini, quo ad deos inmortalis propius accederet, datum est, obviam inlaboratam, tantum quia nati simus, habeamus. abstinens erit, qui id ipsum, quid sit abstinentia, ignoret? **3** et fortis, qui metus doloris, mortis, superstitionis nulla ratione purgaverit? et iustus,

Capítulo II

LA FORMACIÓN MORAL DEL ORADOR

El orador debe conocer los medios para fortalecer su vida moral y progresar en el arte de hablar.—Opinión de quienes creen que la moralidad es una condición natural.—Identidad entre pensamiento y vida.—Necesidad de la Filosofía.—Todas sus partes son importantes.—Estudio de la Lógica, la Ética y la Física. Ejemplos.—Se debe estudiar la Filosofía de los mejores pensadores, no de una sola escuela.—La ilustración moral a través de la Historia de Roma.

1 Supuesto, por tanto, que el orador es un hombre honrado, pero que éste no es imaginable fuera de la virtud, esta virtud, aunque recibe ciertos impulsos de la naturaleza, debe, sin embargo, ser perfeccionada con la enseñanza; ante todo deberá el orador mejorar sus costumbres por medio de los estudios y tratar a fondo toda ciencia que tenga que ver con la honradez y la justicia, sin lo cual no puede haber *un hombre honrado* ni *que sabe hablar bien*. **2** A no ser que nos agreguemos tal vez a los que piensan que la moralidad se fundamenta en la naturaleza y para nada le sirve de ayuda la enseñanza, es decir, confiesan que precisamente lo que nace de las manos, y aun sus obras más vulgares necesitan de maestros; pero que la virtud, que se ha concedido al hombre como la más alta dádiva, por cuyo medio puede acercarse más a los dioses inmortales, la tenemos como algo que nos sale al paso, y sin que nos cueste esfuerzo, tan sólo por haber nacido. ¿Mas será moderado el que ignore qué es en sí misma la moderación? **3** ¿Y valiente quien no haya purificado con una visión racional los miedos al dolor,

qui aequi bonique tractatum, qui leges, quae natura sunt omnibus datae quaeque propriae populis et gentibus constitutae, numquam eruditiore aliquo sermone tractarit? o quam istud parum reputant, quibus tam facile videtur! 4 sed hoc transeo, de quo neminem, qui litteras vel primis, ut aiunt, labris degustarit, dubitaturum puto. ad illud sequens praevertar, ne dicendi quidem satis peritum fore, qui non et naturae vim omnem penitus perspexerit et mores praeceptis ac ratione formarit. 5 neque enim frustra in tertio de Oratore libro L. Crassus cuncta, quae de aequo, iusto, vero, bono deque iis, quae sunt contra posita, dicantur, propria esse oratoris adfirmat, ac philosophos, cum ea dicendi viribus tuentur, uti rhetorum armis, non suis. idem tamen confitetur, ea iam esse a philosophia petenda, videlicet quia magis haec illi videtur in possessione earum rerum fuisse. 6 hinc etiam illud est, quod Cicero pluribus et libris et epistulis testatur, dicendi facultatem ex intimis sapientiae fontibus fluere, ideoque aliquamdiu praeceptores eosdem fuisse morum atque dicendi. quapropter haec exhortatio mea non eo pertinet, ut esse oratorem philosophum velim, quando non alia vitae secta longius a civilibus officiis atque ab omni munere oratoris recessit. 7 nam quis philosophorum aut in iudiciis frequens aut clarus in contionibus fuit? quis denique in ipsa, quam maxime plerique praecipiunt, rei publicae administratione versatus est? atqui ego illum, quem instituo, Romanum quendam velim esse sapientem, qui non secretis disputationibus, sed rerum experimentis atque operibus vere civilem virum exhibeat. 8 sed quia deserta ab his, qui se ad eloquentiam contulerunt, studia sapientiae non iam in

a la muerte y a la superstición? ¿Y justo el que jamás haya estudiado a fondo, en una discusión basada en un grado de cultura más elevada, un tratado sobre el bien y la justicia, quien no haya hecho lo mismo acerca de las leyes, que a todos ha dado la naturaleza, y las propias que están fijadas para los pueblos y las naciones? ¡Cuán poco valoran esto aquellos a quienes les parece cosa tan fácil! **4** Pero paso por alto esto sobre lo cual pienso que no podrá tener duda ninguno que, como dicen, haya gustado aun con el más leve roce de sus labios lo que es la cultura literaria. Más bien quiero volverme a la afirmación siguiente: ni siquiera podrá ser suficientemente experimentado en hablar quien no haya visto detenidamente toda la fuerza de la naturaleza y hubiere configurado la ética de su vida de acuerdo con las enseñanzas y con la razón. **5** Porque no en vano afirma L. Craso en el libro tercero *Sobre el Orador* (27, 107; 31, 123) que todo cuanto se dice sobre la equidad, la justicia, el bien, y todo lo que constituye sus ideas contrarias, son tareas propias del orador, y que los filósofos, cuando las defienden con las fuerzas de la palabra, se sirven de las armas de la Retórica, no de las suyas. Sin embargo, el mismo Craso reconoce que estas cuestiones hay que buscarlas ya en la Filosofía, sin duda porque ésta, según su parecer, se ha apoderado de esas materias. **6** De aquí también el punto de vista, que Cicerón testimonia en muchos escritos y cartas, cuando afirma que el don de la palabra mana de las más profundas fuentes de la sabiduría —de la vida—, y por eso durante un largo tiempo fueron maestros de la Ética los mismos que enseñaban la Retórica. Por lo cual esta exhortación mía no tiene por objeto mostrar que sea mi deseo que el orador debe ser filósofo, ya que ninguna otra forma de vida se ha alejado más de las obligaciones de la vida ciudadana y de toda la incumbencia del orador. **7** Porque ¿quién entre los filósofos estuvo con frecuencia presente en los tribunales o fue famoso en las Asambleas del pueblo? ¿Quién, finalmente, se entregó a la administración en sí del Estado, sobre el cual la mayoría de ellos ha dado sobre todo enseñanzas? Pero el orador, que yo formo, quiero que sea un sabio romano, que muestre ser verdaderamente un hombre de auténtico sentir ciudadano, no en discusiones esotéricas, sino en las experiencias de la vida real y en sus obras. **8** Pero como las aspiraciones a la sabiduría de la vida, abandonadas por los que se dedicaron a la elocuencia, no están ya presentes en su propio marco de acción y en el esplen-

actu suo atque in hac fori luce versantur, sed in porticus et in gymnasia primum, mox in conventus scholarum recesserunt, id, quod est oratori necessarium nec a dicendi praeceptoribus traditur, ab iis petere nimirum necesse est, apud quos remansit: evolvendi penitus auctores, qui de virtute praecipiunt, ut oratoris vita cum scientia divinarum rerum sit humanarumque coniuncta. **9** quae ipsae quanto maiores ac pulchriores viderentur, si illas hi docerent, qui etiam eloqui praestantissime possent? utinamque sit tempus umquam, quo perfectus aliquis, qualem optamus, orator hanc artem superbo nomine et vitiis quorundam bona eius corrumpentium invisam vindicet sibi ac velut rebus repetitis in corpus eloquentiae adducat. **10** quae quidem cum sit in tris divisa partis, naturalem, moralem, rationalem, qua tandem non est cum oratoris opere coniuncta?

Nam ut ordinem retro agamus, de ultima illa, quae tota versatur in verbis, nemo dubitaverit, si et proprietates vocis cuiusque nosse et ambigua aperire et perplexa discernere et de falsis iudicare et colligere ac resolvere, quae velis, oratorum est. **11** quamquam ea non tam est minute atque concise in actionibus utendum quam in disputationibus, quia non docere modo, sed movere etiam ac delectare audientis debet orator, ad quod impetu quoque ac viribus et decore est opus, ut vis amnium maior est altis ripis multoque gurgitis tractu fluentium quam tenuis aquae et obiectu lapillorum resultantis. **12** et ut palaestrici doctores illos, quos numeros vocant, non idcirco discentibus tradunt, ut iis omnibus ii, qui didicerint, in ipso luctandi certamine utantur (plus enim pondere et firmitate et spiritu agitur), sed ut subsit copia illa, ex qua unum

dor del Foro, sino que se retiraron primeramente a los Pórticos (alusión a la Estoa ateniense) y a los centros deportivos de los Gimnasios, más tarde a los círculos cerrados de las Escuelas filosóficas, todo eso que es necesario al orador, y no es trasmitido por los maestros de Retórica, inevitablemente ha de buscarse sin duda entre aquellos en quienes quedó: quiere esto decir que se debe estudiar profundamente a los autores que proponen enseñanzas sobre la virtud, para que la vida del orador esté unida con el saber de las cosas divinas y humanas. **9** ¿Cuánto más grandes y bellas parecerían precisamente estas cosas si las enseñasen aquellos que fuesen también capaces de expresarlas con la mayor eficacia posible? ¡Ojalá llegue alguna vez el tiempo en el que un orador perfecto, cual deseamos, reivindique para sí esta materia artística, odiosa por el altanero nombre que le han dado, y por los vicios de algunos filósofos, que corrompen los bienes que hay en ella: y como si al fin hubiese recuperado su herencia, la incorpore al contenido total de la elocuencia! (pensamiento similar a Libro primero, *Proemio,* 10 ss.). **10** Estando por cierto dividida la Filosofía en tres partes, Filosofía de la naturaleza, Ética y Lógica, ¿en cuál de éstas no está definitivamente vinculada la tarea del orador?

Porque, invirtiendo el orden antes indicado, nadie podrá dudar sobre la última parte, que por entero tiene que ver con las palabras, si es cosa de los oradores el conocer las significaciones propias de cada palabra, aclarar las dudosas, pronunciar un juicio sobre sus falsas interpretaciones y demostrar todo lo que se quiere por medio de conclusiones y refutaciones. **11** Aunque no hay que valerse de ellas tan meticulosa y concisamente en los discursos procesales como en las discusiones filosóficas, porque el orador no debe solamente *enseñar,* sino también *mover* y *deleitar* a sus oyentes, para lo cual se necesita vehemencia, fuerza y belleza, como es mayor el ímpetu de los ríos caudalosos, encerrados entre altas riberas y fluyendo con gran torrente de agua profunda, que la de un tenue arroyo de agua y que se rompe a su tropiezo con las piedrecillas. **12** Y como los entrenadores de lucha libre no enseñan a sus discípulos las agarradas, que llaman *números* —registros—, con el objeto de que usen de todos los que aprendieron, en la competición de una misma lucha (porque en ella significan más el *peso,* la *resistencia* y el *espíritu de combate),* sino para que se tenga a disposición aquella provisión abundante, de la que apliquen uno u otro número, según se le diere su

aut alterum, cuius se occasio dederit, efficiant: **13** ita haec pars dialectica, sive illam dicere malumus disputatricem, ut est utilis saepe et finitionibus et comprehensionibus et separandis, quae sunt differentia, et resolvenda ambiguitate, distinguendo, dividendo, inliciendo, inplicando, ita, si totum sibi vindicaverit in foro certamen, obstabit melioribus et sectas ad tenuitatem suam vires ipsa suptilitate consumet. **14** itaque reperias quosdam in disputando mire callidos, cum ab illa cavillatione discesserint, non magis sufficere in aliquo graviore actu quam parva quaedam animalia, quae in angustis mobilia campo deprehenduntur.

15 Iam quidem pars illa moralis, quae dicitur ethice, certe tota oratori est accommodata. nam in tanta causarum, sicut superioribus libris diximus, varietate, cum alia coiectura quaerantur, alia finitionibus concludantur, alia iure summoveantur vel transferantur, alia colligantur vel ipsa inter se concurrant vel in diversum ambiguitate ducantur, nulla fere dici potest, cuius non parte in aliqua tractatus aequi ac boni reperiatur, plerasque vero esse quis nescit, quae totae in sola qualitate consistant? **16** in consiliis vero quae ratio suadendi est ab honesti quaestione seposita? quin illa etiam pars tertia, quae laudandi ac vituperandi officiis continetur, nempe in tractatu recti pravique versatur. **17** an de iustitia, fortitudine, abstinentia, temperantia, pietate non plurima dicet orator, – sed ille vir bonus, qui haec non vocibus tantum sibi nota atque nominibus aurium tenus in usum lingua perceperit, sed qui virtutes ipsas mente complexus ita sentiet, nec in cogitando [ita] laborabit, sed, quod sciet vere dicet? **18** cum sit autem

oportunidad: **13** así esta parte de la Dialéctica, o bien se prefiera llamarla *arte de disputar,* igual que es muchas veces útil en las definiciones, en la formación de conceptos, en discernir los que constituyen diferencias, en la eliminación de la ambigüedad, en las distinciones, en las divisiones, en hacer caer en una trampa, en envolver al contrincante, de igual modo, si en el Foro se abroga todo el protagonismo del debate, hará resistencia con sus mejores posibilidades, y con su misma sutileza consumirá las fuerzas dialécticas, cortadas a medida de la personal agudeza. **14** Así pues, cabe encontrar a ciertos dialécticos de admirable astucia en el arte de disputar que, cuando se apartan de esta escaramuza, no ofrecen, en un proceso judicial de mayor seriedad, más de lo que pueden ciertos animalitos que, moviéndose libres en espacios reducidos, se dejan cazar a campo abierto.

15 Ahora bien, toda aquella parte de la Filosofía Moral, que se llama Ética, está ya ciertamente por entero a disposición del orador. Porque en tan grande diversidad de los casos judiciales, como hemos dicho en libros anteriores (Libros III y IV), cuando unas circunstancias se plantean desde la conjetura, otras se tratan preguntando por su definición, otras se resuelven según derecho o por traslación a otro tribunal, otras por medio de una conclusión, o se presentan entre ellas mismas conflictos legales, o por su ambigüedad se reducen al principio de contradicción, apenas puede citarse un caso que en alguna parte suya no encuentre un tratamiento de la equidad y del bien. ¿Y quién desconoce que es la mayor parte de las causas las que se basan por entero en sola la *cualidad?* (valoración moral). **16** Pero en lo que atañe a los *discursos deliberativos,* ¿qué fundamento de la persuasión hay que esté separado de la pregunta acerca de lo que es honesto? Más aún, también aquel tercer género de discurso (el *demostrativo),* que tiene como tarea la *alabanza* y el *vituperio,* tiene que ver sin duda con la discusión sobre la rectitud y el acto depravado. **17** Y sobre la justicia, la fortaleza, la moderación, la templanza y la piedad, ¿no tendrá el orador muchas cosas que decir? Con todo eso, aquel hombre honrado, que tiene conocimiento de estos conceptos, no tan sólo como palabras y captado hasta sus significados para mero empleo de su lengua, sino que tiene abrazado en su espíritu estas mismas virtudes, y así realmente son sus sentimientos, ¿no dejará de fatigarse reflexionando asimismo sobre ellas, sino que más bien hablará de lo que verdaderamente sabe? **18** Pero como toda cuestión general tiene

omnis generalis quaestio speciali potentior, quia universo pars [utique] continetur, non utique accedit parti, quod universum est, profecto nemo dubitabit, generales quaestiones in illo maxime studiorum more versatas. **19** iam vero cum sint multa propriis brevibusque comprensionibus finienda, unde etiam status causarum dicitur finitivus, nonne ad id quoque instrui ab his, qui plus in hoc studii dederunt, oportet? quid? non quaestio iuris omnis aut verborum proprietate aut aequi disputatione aut voluntatis coniectura continetur? quorum pars ad rationalem, pars ad moralem tractatum redundat. **20** ergo natura permixta est omnibus istis oratio, quae quidem oratio est vere. nam ignara quidem huiusce doctrinae loquacitas erret necesse est, ut quae vel nullos vel falsos duces habeat.

Pars vero naturalis, cum est ad exercitationem dicendi tanto ceteris uberior, quanto maiore spiritu de divinis rebus quam humanis eloquendum est, tum illam etiam moralem, sine qua nulla esse, ut docuimus, oratio potest, totam complecitur. **21** nam si regitur providentia mundus, administranda certe bonis viris erit res publica: si divina nostris animis origo, tendendum ad virtutem nec voluptatibus terreni corporis serviendum. an haec non frequenter tractabit orator? iam de auguriis, responsis, religione denique omni, de quibus maxima saepe in senatu consilia versata sunt, non erit ei disserendum, si quidem, ut nobis placet, futurus est vir civilis idem? quae denique intellegi saltem potest eloquentia hominis optima nescientis? **22** haec si rationi manifesta non essent, exemplis tamen crederemus. si quidem et Periclem,

más fuerza que una particular, porque también la parte está contenida en el todo, pero no se encuentra sin más en la parte lo que es propio de lo general, ninguno ciertamente dudará que las cuestiones generales tienen sobre todo su importancia en esta clase de estudios (la Filosofía, cf. A. Ortega, *Retórica,* pp. 64-67). **19** Pero como ya muchas cosas deben estar delimitadas en definiciones conceptuales acertadas y breves, de donde un estado de las causas se llama también *estado de la definición* (cf. *Quint.*, Libro 3, 6, 41; Ortega, *Ret.*, pp. 70-71), ¿no será necesario para este fin dejarse instruir por aquellos que más dedicación han tenido en esta materia de estudio? ¿Qué más? ¿No se basa toda *cuestión de derecho* o en el sentido propio de las palabras, o en la discusión de la equidad, o en la conjetura de la intención? Una parte de ellas pertenece a su tratamiento dialéctico, otra parte al filosófico moral. **20** Por tanto, en virtud de su modo de ser, está impregnado de todos estos elementos del pensar filosófico el discurso aquél, que es un discurso en su verdadero sentido. Porque ciertamente una facilidad de palabra, que nada conoce de este señalado saber de la Filosofía, necesariamente caerá en el error, pues o no tiene maestros que la guíen o los que tiene son falsos.

Mas la parte de la *Filosofía Natural* o *Física* es de tanta más rica utilidad que las demás para el ejercicio de hablar en público, cuanto es necesario para hablar con más elevado aliento acerca de las cosas divinas y humanas, pero entonces abarca en sí por entero aquella *Filosofía Moral,* sin la que no puede haber discurso alguno, como hemos enseñado (cf. n.° 15). **21** Pues si el mundo está gobernado por la Providencia, la república tendrá de ser en todo caso dirigida por hombres honrados; si nuestras almas tienen origen divino, obligación es aspirar a la virtud y no hacernos esclavos de los deleites del cuerpo terreno. ¿Y no tratará frecuentemente de esto el orador? Y si se trata de augurios, de respuestas oraculares, en definitiva de toda la religión, sobre cuyos temas se dan muchas veces en el Senado las mayores deliberaciones, ¿no será obligación suya contribuir a todo esto con su discurrir profundo, si él mismo tendrá de ser realmente, como a mí me complace, un hombre de Estado? ¿Qué puede, por último, entenderse mínimamente como elocuencia de un hombre que no conoce los bienes sumos? **22** Si estas apreciaciones no fueran patentes a la razón, con todo deberíamos dar crédito a los ejemplos, si consta ciertamente que

cuius eloquentiae, etiam si nulla ad nos monumenta venerunt, vim tamen quandam incredibilem cum historici tum etiam liberrimum hominum genus, comici veteres tradunt, Anaxagorae physici constat auditorem fuisse, et Demosthenen, principem omnium Graeciae oratorum, dedisse operam Platoni. **23** nam M. Tullius non tantum se debere scholis rhetorum quantum Academiae spatiis frequenter ipse testatus est: neque se tanta umquam in eo fudisset ubertas, si ingenium suum consaepto fori, non ipsius rerum naturae finibus terminasset.

Verum ex hoc alia mihi quaestio exoritur, quae secta conferre plurimum eloquentiae possit, quamquam ea non inter multas potest esse contentio. **24** nam in primis nos Epicurus a se ipse dimittit, qui fugere omnem disciplinam navigatione quam velocissime iubet. neque vero Aristippus, summum in voluptate corporis bonum ponens, ad hunc nos laborem adhortetur. Pyrrhon quidem quas in hoc opere habere partis potest? cui iudices esse, apud quos verba faciat, et reum, pro quo loquatur, et senatum, in quo sit dicenda sententia, non liquebit. **25** Academiam quidam utilissimam credunt, quod mos in utramque partem disserendi ad exercitationem forensium causarum proxime accedat. adiciunt loco probationis, quod ea praestantissimos in eloquentia viros ediderit. Peripatetici studio quoque se quodam oratorio iactant: nam thesis dicere exercitationis gratia fere est ab illis institutum. Stoici, sicut copiam nitoremque eloquentiae fere praeceptoribus suis defuisse concedant necesse est, ita nullos aut pro-

también Pericles —de cuya elocuencia, aunque no llegaron a nosotros egregias muestras, trasmiten, sin embargo, haber tenido una fuerza increíble tanto los historiadores como también esa clase de hombres que expresan su pensamiento con la mayor libertad, es decir, los autores de la *Antigua Comedia*— fue un oyente de Anaxágoras, filósofo de la Naturaleza, y que Demóstenes (384-322 a. d. C.), el príncipe de todos los oradores de Grecia, se entregó al estudio de Platón (427-347). **23** Porque el mismo M. Tulio testimonió frecuentemente que no debía tanto a las escuelas de Retórica como a las aulas y pasillos de la Academia (cf. Cic., *De orat.* 1, 4, 14), ni jamás se habría derramado en él tan pleno torrente de elocuencia, si hubiera reducido su talento a los límites del Foro, no a los horizontes de la misma naturaleza de las cosas.

Pero de este punto nace para mí otra pregunta: qué escuela filosófica puede contribuir más a la elocuencia, aunque la discusión de esta pregunta no puede darse entre las muchas existentes. **24** Porque *Epicuro,* sobre todo, nos aparta por sí mismo de su lado con su mandato, con el que nos ordena *navegar a la mayor velocidad posible lejos de toda disciplina escolar* (cita *ad sensum,* el Frag. 163, ed. Usener, dice: *navegar a toda vela alrededor de los acantilados de la disciplina escolar).* Ni a esta labor nos exhorte *Aristipo,* cuando pone el sumo bien en el placer del cuerpo. ¿Y qué papel puede por cierto desempeñar *Pirrón,* para quien nunca estará claro que existan jueces, ante cuyos tribunales puede el orador pronunciar discurso, ni reo en cuya defensa hable, ni Senado en el cual deba exponer su pensamiento? (contemporáneo de Aristóteles y representante del escepticismo radical). **25** Algunos tienen la *Academia* como la más útil de las escuelas (la llamada Nueva Academia, fundada por Carnéades), porque su costumbre de discutir las dos partes (en pro y en contra) de una cuestión se acerca muchísimo al entrenamiento de casos forenses. A esto añaden, como prueba, que ella ha dado hombres muy sobresalientes en la elocuencia. También los *Peripatéticos* hacen alarde de una especie de actividad oratoria; porque casi fueron ellos los que establecieron tratar las *tesis* (cuestiones de carácter universal) por mor de entrenamiento. Los *Estoicos,* como se ven obligados a declarar que a sus maestros les faltó por lo general la plenitud y la brillantez de la elocuencia, pretenden con todo empeño que no hay quienes prueben ni saquen conclusiones con mayor sutileza (cf. *Stoic. Veter.* Frag. II

bare acrius aut concludere subtilius contendunt. **26** sed haec inter ipsos, qui velut sacramento rogati vel etiam superstitione constricti nefas ducunt a suscepta semel persuasione discedere: **27** oratori vero nihil est necesse in cuiusquam iurare leges. maius enim est opus atque praestantius, ad quod ipse tendit et cuius est velut candidatus, si quidem est futurus cum vitae tum etiam eloquentiae laude perfectus. quare in exemplum bene dicendi facundissimum quemque proponet sibi ad imitandum, moribus vero formandis quam honestissima praecepta rectissimamque ad virtutem viam deliget. exercitatione quidem utetur omni, sed tamen erit plurimus *in maximis quibusque* ac natura pulcherrimis. **28** nam quae potest materia reperiri ad graviter copioseque dicendum magis abundans quam de virtute, de re publica, de providentia, de origine animorum, de amicitia? haec sunt, quibus mens pariter atque oratio insurgant: quae vere bona, quid mitiget metus, coerceat cupiditates, eximat nos opinionibus vulgi animumque caelestem <cognatis sideribus admoveat>.


29 Neque ea solum, quae talibus disciplinis continentur, sed magis etiam, quae *sunt tradita antiquitus dicta* ac facta praeclare, et nosse et animo semper agitare conveniet. quae profecto nusquam plura maioraque quam in nostrae civitatis monumentis reperientur. **30** an fortitudinem, iustitiam, fidem, continentiam, frugalitatem, contemptum doloris ac mortis melius alii docebunt quam Fabricii, Curii, Reguli, Decii, Mucii aliique innumerabiles? quantum enim Graeci praeceptis valent, tantum Romani, quod est maius, exemplis. **31** qui non modo proximum tempus lucemque praesentem intueri satis credat, sed omnem

25, ed. Arnim, véase Cic., *De orat.* 3, 17, 63-68). **26** Pero esto afecta a los que se encuentran entre los mismos seguidores de tales escuelas, quienes, como si estuviesen obligados por un juramento a la milicia, o hasta atados por un fanatismo religioso, consideran como un crimen de lesa divinidad el apartarse de una resolución una vez tomada (dogmatismo que mereció la mofa de Horacio en *Sat.* 10, 1, 94 y sobre todo en *Apist.* 1, 1, 14); **27** pero el orador no tiene para nada necesidad de jurar en ninguna prescripción de cualquiera de estas escuelas. Porque más grandeza y mayor importancia tiene la tarea a la que él mismo aspira y de la que es *candidato* (alusión a la túnica con la que se presentaban los pretendientes a altos cargos del Estado), si es que ha de ser hombre perfecto tanto por la loable estima de su vida como por la gloria de su elocuencia. Por lo cual se propondrá como modelo del bien hablar, para su imitación, al hombre que sea más elocuente, pero para la formación de su vida ética elegirá las enseñanzas más dignas y el camino más recto hacia la virtud. Sírvase en verdad de toda clase de entrenamiento, pero adviértase que lo hará en sumo grado en los más importantes y más hermosos por naturaleza. **28** Porque ¿qué tema puede hallarse, que ofrezca más rica materia para hablar con dignidad y plenitud, que el discurrir sobre la virtud, sobre la república, sobre la Providencia, sobre el origen de las almas, sobre la amistad? ¡Estos son los objetos, en los que el espíritu y el discurso al mismo tiempo se elevan; estos son en verdad bienes, lo que calma los miedos, refrena las pasiones, nos libera de las opiniones de la gente y puede acercar nuestro espíritu celeste a los astros con él emparentados.

29 Y no sólo será conveniente conocer y meditar siempre en nuestro espíritu lo que se contiene en tales doctrinas de dichas escuelas, sino más aún lo que desde la antigüedad se nos ha trasmitido en palabras y hechos gloriosos. Estos valores en ninguna parte podrán encontrarse en mayor número y relevancia que en las tradiciones de nuestra ciudad. **30** ¿Acaso podrán enseñar otros la fortaleza, la justicia, la fidelidad, la moderación, la sobriedad, el desprecio al dolor y a la muerte, mejor que los Fabricios, los Curios, los Régulos, los Decios, los Mucios, y otros innumerables romanos? Pues así como los griegos tienen su fuerza en las *doctrinas*, así tienen en grado tan grande los Romanos, cosa que es de mayor grandeza, los *ejemplos*. **31** Quien no considere suficiente mirar solamente al tiempo moderno y a la

posteritatis memoriam spatium vitae honestae et curriculum laudis existimet: hinc mihi ille iustitiae haustus bibat, hinc sumptam libertatem in causis atque consiliis praestet. neque erit perfectus orator, nisi qui honeste dicere et sciet et audebit.

luz de nuestros días, sino también aprecie la memoria de los tiempos venideros como espacio duradero de una vida honrosa y como camino de su gloria, ¡ojalá pueda beber de aquí, para mi contento, los veneros de la justicia, de aquí ser garante de la libertad alcanzada en procesos judiciales y en deliberaciones! Y no será orador perfecto sino quien supiere y se atreviere a hablar al servicio de una vida sin tacha.



III

1 Iuris quoque civilis necessaria huic viro scientia est et morum ac religionum eius rei publicae, quam capesset. nam qualis esse suasor in consiliis publicis privatisve poterit tot rerum, quibus praecipue civitas continetur, ignarus? quo autem modo patronum se causarum non falso dixerit, qui, quod est in causis potentissimum, sit ab altero petiturus, paene non dissimilis iis, qui poetarum scripta pronuntiant? 2 nam quodam modo mandata perferet, et ea, quae sibi a iudice credi postulaturus est, aliena fide dicet et ipse litigantium auxiliator egebit auxilio. *quod ut fieri nonnumquam* minore incommodo possit, cum domi praecepta et composita et sicut cetera, quae in causa sunt, in discendo cognita ad iudicem perfert: quid fiet in iis quaestionibus, quae subito inter ipsas actiones nasci solent? non deformiter respectet et inter subsellia minores advocatos interroget? 3 potest autem satis diligenter accipere, quae tum audiet, cum

Capítulo III

EL CONOCIMIENTO DEL DERECHO

Necesidad de la ciencia jurídica.—Sin su conocimiento no es posible aconsejar y se está al arbitrio de personas extrañas.—El orador hablará por sí mismo.—Será fuerte en las discusiones y sabrá hablar de improviso. Símil castrense.—Criterios jurídicos: conocimiento del texto, prudencia, valoración de opiniones.—Modelos: Marco Catón y Cicerón.

1 También es necesario a este hombre el conocimiento del Derecho Civil y de las costumbres (Ética) y de los ritos religiosos de su Estado, en cuya vida pública desea colaborar. Porque ¿qué clase de consejero podrá ser en deliberaciones públicas y privadas, si desconoce tantas cosas en que principalmente se basa la comunidad ciudadana? ¿Y de qué modo no deberá decir falsamente que es abogado en causas judiciales quien tendrá que recabar de otro lo que es de suma eficacia en ellas, apenas diferenciándose de aquellos que recitan obras de poetas? **2** Porque en cierta manera trasmitirá sólo mandatos, y dirá bajo garantía ajena lo que como digno de crédito quiere para sí obtener del juez, y él mismo, el dispensador de ayuda en litigios, necesitará de ayuda. Por más que esto pueda ocurrir alguna vez con menor perjuicio, cuando el orador presente al juez, después de haber conocido con su estudio lo que en casa haya advertido y elaborado, y todo lo demás que al caso pertenece, ¿qué sucederá en aquellas cuestiones, que por lo general nacen de repente en medio de los mismos procesos? ¿No tendrá que mirar hacia atrás vergonzosamente y entre los bancos buscar respuesta de sus auxiliares jurídicos? **3** ¿Y puede captar con suficiente atención

iam dicenda sunt, aut fortiter adfirmare aut ingenue pro suis dicere? possit in actionibus: quid fiet in altercatione, ubi occurrendum continuo nec libera ad discendum mora est? quid si forte peritus iuris ille non aderit? quid si quis non satis in ea re doctus falsum aliquid subiecerit? hoc enim est maximum ignorantiae malum, quod credit eum scire, qui moneat. **4** neque ego sum nostri moris ignarus oblitusve eorum, qui velut ad arculas sedent et tela agentibus subministrant, neque idem Graecos quoque nescio factitasse, unde nomen his pragmaticorum datum est. sed loquor de oratore, qui non clamorem modo suum causis, sed omnia, quae profutura sunt, debet. **5** itaque eum nec inutilem, si ad horam forte constiterit, neque in testationibus faciendis esse imperitum velim. quis enim potius praeparabit ea, quae, cum aget, esse in causa velit? nisi forte imperatorem quis idoneum credit in proeliis quidem strenuum et fortem et omnium, quae pugna poscit, artificem, sed neque dilectus agere nec copias contrahere atque instruere nec prospicere commeatus nec locum capere castris scientem: prius est enim certe parare bella quam gerere. **6** atqui simillimus huic sit advocatus, si plura, quae ad vincendum valent, aliis reliquerit, cum praesertim hoc, quod est maxime necessarium, nec tam sit arduum, quam procul intuentibus fortasse videatur. namque omne ius, quod est certum, aut scripto aut moribus constat, dubium aequitatis regula examinandum est. **7** quae scripta sunt aut posita in more civitatis, nullam habent difficultatem, cognifionis sunt enim, non inventionis: at quae consultorum responsis explicantur, aut in verborum inter-

las cosas que oirá entonces, cuando deben decirse de inmediato, o aseverarlas con energía o decirlas con libertad en favor de sus clientes? Y en caso de que pueda hacerlo en discursos procesales, ¿qué ocurrirá en la disputa, donde a cada paso hay que salir al encuentro con una réplica y no hay pausa alguna para informarse? (véase Libro 6, cap. 4). ¿Y qué situación se creará si casualmente no estuviere presente su asesor jurídico? ¿Qué si alguno que no tiene suficiente conocimiento del problema le suministrare una información falsa? Precisamente es éste el sumo mal de la ignorancia, la creencia de que sabe aquel que asesora. **4** Y no ignoro yo nuestra costumbre ni me olvido de aquellos que están como sentados ante un arsenal y suministran armas a los que están luchando, ni desconozco que también los griegos han hecho con frecuencia lo mismo, por lo que se ha dado a estos ayudantes el apelativo de *pragmáticos* (auxiliares prácticos, cf. Libro 3, 6, 58). Pero yo hablo del orador, que en los juicios no sólo tiene contraída una deuda con el *uso de su voz,* sino con todos los recursos, que contribuirán con provecho a la defensa. **5** Así pues, ni quiero que sea un hombre que no sirve para nada, cuando algo se haya fijado precisamente para una hora determinada (una citación ante el pretor a las partes contrarias), ni sin experiencia en la elección y declaraciones de los testigos. Porque ¿quién mejor preparará lo que quiere que se trate en la causa, cuando pronuncie su discurso? A no ser que alguno crea en la capacidad de un general, que es en verdad activo y valiente en las batallas y estratega en todo lo que exige la pelea, pero que no sabe cómo reclutar tropas, ni reunirlas en un punto y formarlas para la guerra en orden de ataque, ni prever la provisión de víveres, ni elegir lugar para poner sus campamentos; porque antes es sin duda la preparación de la guerra que el hacerla. **6** Pues muy semejante a este general sería un abogado, si dejare para otros la mayoría de los datos, que tienen poder para conseguir una victoria procesal, pero sobre todo lo que es muy particularmente necesario y no es tan difícil como quizá parezca a los que de lejos lo contemplan. Porque todo derecho establecido, con firme vigencia, o se fundamenta en un texto escrito o en las costumbres, y el derecho dudoso hay que examinarlo de acuerdo con la norma de la equidad. **7** Los principios legales que constan por escrito o los que se fundamentan en la costumbre de la comunidad, no tienen dificultad alguna; porque sólo exigen su conocimiento, no invención; por el contrario, los que se obtienen por informes de jurisconsultos, o

pretatione sunt posita aut in recti pravique discrimine. vim cuiusque vocis intellegere aut commune prudentium est aut proprium oratoris, aequitas optimo cuique notissima. **8** nos porro et bonum virum et prudentem in primis oratorem putamus, qui cum se ad id, quod est optimum natura, derexerit, non magno opere commovebitur, si quis ab eo consultus dissentiet, cum ipsis illis diversas inter se opiniones tueri concessum sit. sed etiam si nosse, quid quisque senserit, volet, lectionis opus est, qua nihil est in studiis minus laboriosum. **9** quod si plerique desperata facultate agendi ad discendum ius declinaverunt, quam id scire facile est oratori, quod discunt qui sua quoque confessione oratores esse non possunt! verum et M. Cato cum in dicendo praestantissimus, tum iuris idem fuit peritissimus, et Scaevolae Servioque Sulpicio concessa est etiam facundiae virtus. **10** et M. Tullius non modo inter agendum numquam est destitutus scientia iuris, sed etiam componere aliqua de eo coeperat, ut appareat posse oratorem non discendo tantum iuri vacare, sed etiam docendo.

11 Verum ea, quae de moribus excolendis studioque iuris praecipimus, ne quis eo credat reprendenda, quod multos cognovimus, qui taedio laboris, quem ferre tendentibus ad cloquentiam necesse est, confugerint ad haec deverticula desidiae? quorum alii se ad album ac rubricas transtulerunt et formularii vel, ut Cicero ait, legulei quidam esse maluerunt, tamquam utiliora elegentes ea, quorum solam facilitatem sequebantur, **12** alii pigritiae adrogantioris, qui subito fronte conficta inmissaque

se basan en la interpretación de las palabras o en una clara distinción entre lo que es conforme a derecho o falso. Entender la vigencia de cada palabra, o es común posesión de los prudentes conocedores del Derecho, o un don especial del orador; la equidad es mejor conocida por el que sea más competente. **8** Nosotros tenemos sin duda tanto por hombre honrado como especialmente prudente al orador que, cuando se ha puesto para sí como orientación lo que es mejor por naturaleza, no se sentirá excesivamente desconcertado si algún jurisconsulto tiene una opinión distinta a la suya, ya que a estos mismos legisperitos les está permitido defender opiniones entre sí contrarias. Pero si quisiere conocer qué opinión tiene cada uno de ellos, es necesaria la lectura, y nada hay menos laborioso que ésta dentro de los estudios. **9** Y si la mayoría de ellos se redujeron al estudio del Derecho, cuando perdieron la confianza en su capacidad de ser oradores, ¡cuán fácil es a un orador aprender lo que aprenden quienes también por propia confesión no pueden ser oradores! En realidad M. Catón, tanto fue orador muy sobresaliente, como al mismo tiempo el mejor conocedor del Derecho, y a Escévola y a Servio Sulpicio les fue dispensada también la dádiva perfecta de la elocuencia. **10** Y M. Tulio no sólo no abandonó la ciencia del Derecho, durante su actividad de abogado ante tribunales, sino que también había comenzado a escribir una obra sobre Derecho Civil (cf. *De orat.* 1, 42, 190 s.), para que quede en claro que un orador no solamente puede dedicarse al estudio del Derecho, sino también a enseñarlo.

11 Pero ¿va a creer alguno que le está permitido censurar los preceptos que hemos ofrecido sobre la limpieza de costumbres y estudio del Derecho, porque hemos conocido a muchos que, por aversión al trabajo, que inevitablemente deben soportar los que aspiran a la elocuencia, se han refugiado en estos escondrijos de la ociosidad? De entre éstos unos se dedicaron a la tabla blanca de los edictos del pretor, a los epígrafes de los títulos del Derecho y que prefirieron ser conocedores de las fórmulas de la jurisprudencia (y prácticas de los tribunales) o, como dice Cicerón, esos *leguleyos* (rigoristas en derecho, cf. *De orat.* 1, 55, 236), como si hubiesen elegido como actividad más provechosa todas estas cosas, de las que solamente buscaban su facilidad; **12** los otros eran de más petulante holgazanería, los que de repente con frente arrugada y luenga barba, como si hubie-

barba, veluti despexissent oratoria praecepta, paulum aliquid sederunt in scholis philosophorum, ut deinde in publico tristes, domi dissoluti captarent auctoritatem contemptu ceterorum: philosophia enim simulari potest, eloquentia non potest.

sen aprendido a despreciar las enseñanzas de la Retórica, tomaron asiento durante breve tiempo en las escuelas de los filósofos, para a partir de ahí, gruñones en público, desenfrenados en casa, pretender conseguir autoridad con el desprecio de los demás; porque la Filosofía puede hipócritamente simularse, la elocuencia no puede.

IV

1 In primis vero abundare debet orator exemplorum copia cum veterum tum etiam novorum, adeo ut non ea modo, quae conscripta sunt historiis aut sermonibus velut per manus tradita quaeque cotidie aguntur, debeat nosse, verum ne ea quidem, quae sunt a clarioribus poetis ficta, neglegere. 2 nam illa quidem priora aut testimoniorum aut etiam iudicatorum optinent locum, sed haec quoque aut vetustatis fide tuta sunt aut ab hominibus magnis praeceptorum loco ficta creduntur. sciat ergo quam plurima, unde etiam senibus auctoritas maior est, quod plura nosse et vidisse creduntur, quod Homerus frequentissime testatur. sed non est expectanda ultima aetas, cum studia praestent, ut, quantum ad cognitionem pertinet rerum, etiam praeteritis saeculis vixisse videamur.

Capítulo IV

EL CONOCIMIENTO DE LA HISTORIA

Los ejemplos de la Historia y valor de la poesía.—Los primeros son hechos fehacientes, lo segundo, valor del espíritu.—Nota sobre la ancianidad.—El estudio de la Historia debe comenzarse desde la juventud.

1 Pero sobre todo el orador debe tener a su disposición gran riqueza de ejemplos, tanto de los tiempos antiguos como de los modernos, hasta el punto de que no sólo tiene obligación de conocer lo que se halla escrito en las obras de Historia, o lo que en la narración oral se ha trasmitido como de mano a mano y todo lo que diariamente acontece, sino que ni siquiera puede mirar con indiferencia los ejemplos que han imaginado los más egregios poetas. **2** Porque sin duda los ejemplos mencionados en primer lugar tienen la fuerza de testimonios o hasta de decisiones jurídicas anteriores, pero también lo indicado en último lugar o está asegurado por el crédito que la antigüedad merece, o tiene credibilidad porque fue creado por grandes hombres, como si fuese una enseñanza para la vida. Por tanto, el orador debe conocer la mayor cantidad posible de ejemplos, de donde también se infiere que los ancianos merecen mayor respeto, porque es creíble que han conocido y visto muchísimas cosas, como atestigua muchísimas veces Homero. Pero no hay que esperar a la última etapa de la vida, ya que el estudio de la Historia permite lograr que todo cuanto atañe al conocimiento de los acontecimientos y cosas, parezca que hasta lo hubiésemos vivido nosotros en siglos pasados.

V

1 Haec sunt, quae me redditurum promiseram, instrumenta non artis, ut quidam putaverunt, sed ipsius, haec arma habere ad manum, horum scientia debet esse succinctus, accedente verborum figurarumque facili copia et inventionis ratione et disponendi usu et memoriae firmitate et actionis gratia. sed plurimum ex his valet animi praestantia, quam nec metus frangat nec adclamatio terreat nec audientium auctoritas ultra debitam reverentiam tardet. 2 nam ut abominanda sunt contraria his vitia confidentiae, temeritatis, improbitatis, adrogantiae, ita citra constantiam, fiduciam, fortitudinem nihil artes, nihil studium, nihil profectus ipse profuerit, ut si des arma timidis et inbellibus. invitus mehercules dico, quoniam et aliter accipi potest, ipsam verecundiam, vitium quidem sed amabile et quae virtutes facillime generet, esse interim adversam multisque in causa fuisse, ut

CAPÍTULO V

PSICOGRAMA DEL ORADOR

Las armas retóricas.—Grandeza de espíritu.—Virtudes: constancia, confianza en sí mismo, valentía, fortaleza, sin miedo ante dificultades.—Dotes naturales: voz, sanos pulmones, encanto en su palabra.—Ejemplo de Tracalo.—Recuerdo de Cicerón.

1 Estos pertrechos, que yo había prometido suministrar, no son armadura de la teoría del arte, sino del mismo orador, estas armas debe tener a mano, de su conocimiento estar ceñido, a todo lo cual se añade la fluyente riqueza de palabras y figuras literarias, la doctrina sobre la busca de materiales, el ejercicio de la estructuración, la fuerza de la memoria y el encanto en la pronunciación del discurso. Pero entre todas estas prendas la que más poder tiene es la grandeza de espíritu, a la que no quebrante el miedo, ni aterre el griterío, ni el prestigio del auditorio detenga más de lo que merece su debido respeto. **2** Porque igual que deben abominarse los vicios contrarios a estas virtudes, cuales son la complacencia en uno mismo, la temeridad, la malignidad, y la arrogancia, así sin la constancia, sin la autoconfianza, sin la fortaleza, de nada habrán servido las artes, el estudio, de nada el progreso por sí mismo, como si se pusieran armas en manos de tímidos y de ineptos para la guerra. Mal de mi grado, ¡por Hércules!, digo esto —porque también puede interpretarse de manera contraria—, que hasta la misma vergonzosa timidez, un defecto, pero un defecto merecedor de simpatía y que muy fácilmente se convierte en germen de virtudes, es a veces un estorbo y ha sido para muchos la causa de que los dones del talento y del celo en el estu-

bona ingeni studiique in lucem non prolata situ quodam secreti consumerentur. **3** sciat autem, si quis haec forte minus adhuc peritus distinguendi vim cuiusque verbi leget, non probitatem a me reprendi, sed verecundiam, qua est timor quidam reducens animum ab iis, quae facienda sunt: inde confusio et coepti paenitentia et subitum silentium. quis porro dubitet vitiis adscribere adfectum, propter quem facere honeste pudet? **4** neque ego rursus nolo eum, qui sit dicturus, et sollicitum surgere et colore mutari et periculum intellegere: quae si non acciderent, etiam simulanda erant. sed intellectus hic sit operis, non metus, moveamurque, non concidamus. optima est autem emendatio verecundiae fiducia et quamlibet inbecilla frons magna conscientia sustinetur.

5 Sunt et naturalia, ut supra dixi, quae tamen et cura iuvantur, instrumenta, vox, latus, decor: quae quidem tantum valent, ut frequenter famam ingeni faciant. habuit oratores aetas nostra copiosiores, sed, cum diceret, eminere inter aequalis Trachalus videbatur. ea corporis sublimitas erat, is ardor oculorum, frontis auctoritas, gestus praestantia, vox quidem non, ut Cicero desiderat, paene tragoedorum, sed super omnis, quos ego quidem audierim, tragoedos. **6** certe cum in basilica Iulia diceret primo tribunali, quattuor autem iudicia, ut moris est, cogerentur atque omnia clamoribus fremerent, et auditum eum et intellectum et, quod agentibus ceteris contumeliosissimum fuit, laudatum quoque ex quattuor tribunalibus memini. sed hoc votum est et rara felicitas: quae si non adsit, sane sufficiat ab his, quibus quis dicit, audiri. talis esse debet orator, haec scire.

dio, en lugar de ser sacados a luz pública, se extingan en la soledad del olvido. **3** Pero en caso de que lea esto alguno, que quizá sea todavía menos capaz de distinguir la fuerza de cada palabra, sepa que yo no censuro la honrada rectitud, sino la vergonzosa timidez en cuanto que es un sentimiento de temor, que aparta la voluntad de lo que se tiene obligación de hacer; de ahí el desconcierto, el arrepentimiento de haber comenzado algo y el repentino silencio. ¿Quién podrá ciertamente dudar en colocar entre los vicios un estado de ánimo, por cuya causa se avergüenza uno de obrar honradamente? **4** Pero por otra parte yo deseo absolutamente que quien se dispone a hablar, se levante intranquilo, que sienta rubor y perciba el peligro a que se expone; y si no apareciesen estos signos externos, hasta deberían ser aparentados. Pero sea este ruboroso sentimiento consciencia de la tarea, no del miedo, y sintámonos conmovidos, no amilanados. Y el mejor medio de eliminar esta vergüenza es la confianza en uno mismo, y aun el rostro, tímido cuanto se quiera, encuentra gran apoyo en la responsabilidad de la conciencia.

5 Hay también dones de la naturaleza, como arriba dije (cf. Libro 1, *Proem.*, n. 27), que, sin embargo, son favorecidos con un especial cuidado, como son la voz, el pulmón y una buena presencia; estos dones tienen por cierto tanta importancia, que con frecuencia dan fama de talento. Nuestro tiempo ha tenido oradores con la más plena afluencia de palabras, pero había la impresión de que Tracalo sobresalía entre sus contemporáneos, cuantas veces tomaba la palabra (cf. Libro 10, 1, 119 y 6, 3, 78). Había una tal majestad en su figura, tal brillo en sus ojos, tal modo señorial en su frente, una tal prestancia en sus ademanes y gestos y una voz, que ciertamente no tenía, como Cicerón pide, casi el tono de los actores trágicos, pero sí superior al de los trágicos, que yo al menos había escuchado (cf. Cic., *De orat.* 1, 28, 128). **6** Con toda seguridad, según mi recuerdo, cuando en la Basílica Julia hablaba él en el Tribunal Primero, aunque los cuatro tribunales judiciales celebraban sus sesiones, como es costumbre, llenos todos ellos de rumores y gritos, no solamente podían oírlo y entenderlo y, lo que fue de mayor afrenta para los que en ese momento pronunciaban sus discursos, recibió también el aplauso de los cuatro tribunales (las cuatro Secciones de la llamada Corte de Justicia del Centunvirato). Pero esto es puro deseo y una dicha poco frecuente. Si ésta no se presenta, baste enhorabuena ser escuchado por aquellos a quienes uno habla. Tal debe ser el orador y esto lo que debe saber.

VI

1 Agendi autem initium sine dubio secundum vires cuiusque sumendum est. neque ego annos definiam, cum Demosthenen puerum admodum actiones pupillares habuisse manifestum sit, Calvus, Caesar, Pollio multum ante quaestoriam omnes aetatem gravissima iudicia susceperint, praetextatos egisse quosdam sit traditum, Caesar Augustus duodecim natus annos aviam pro rostris laudaverit. 2 modus mihi videtur quidam tenendus, ut neque praepropere destringatur inmatura frons et quidquid est illud adhuc acerbum proferatur (nam inde et contemptus operis innascitur et fundamenta iaciuntur impudentiae et, quod

CAPÍTULO VI

PRIMERA ACTIVIDAD ANTE LOS TRIBUNALES

Edad requerida para la actividad de la abogacía.—Cada uno debe consultar sus propias fuerzas.—Casos excepcionales de madurez oratoria.—La preparación es la base imprescindible.—Comenzar antes de tiempo es bochornoso.—Comenzar por casos fáciles.—Importancia del ejercicio en el Foro.—Excesivo tiempo en las Escuelas de Retórica perjudica.—Enseñanza en la práctica de Cicerón.

1 Sin duda el comienzo de la actividad oratoria en tribunales debe estar en consonancia con las facultades y energías de cada uno. Y yo no determinaré a qué años, cuando es sabido que Demóstenes, todavía muy niño, pronunció discursos procesales contra sus tutores, y Calvo, César y Polión asumieron juicios importantísimos, todos los tres antes de la edad necesaria para ser cuestor (antes de cumplir veinticinco años); que algunos, según ha llegado a nosotros, pronunciaron discursos vistiendo aún la toga pretexta (se llevaba hasta los quince años), y César Augusto, a la edad de doce años, hizo el elogio fúnebre de su abuela (Julia) en la *Tribuna Rostrata* (parte del Foro romano, así llamada por los 'rostra' —espolones— que adornaban sus columnas, arrebatados a barcos enemigos, cf. Suetonio, vita Aug., c. 8). **2** Una cierta norma me parece obligatoria: por una parte que no se arranque apresuradamente una hoja verde (metáf.) y se ofrezca todo aquello que todavía sabe amargo (porque de ahí nace tanto el menosprecio de esta tarea, como se pone el fundamento para una presentación descarada y, lo que es en todas partes más pernicioso, el orgullo personal se adelanta a

est ubique perniciosissimum, praevenit vires fiducia): **3** nec rursus differendum est tirocinium in senectutem: nam cotidie metus crescit maiusque fit semper quod ausuri sumus, et, dum deliberamus, quando incipiendum sit, incipere iam serum est. quare fructum studiorum viridem et adhuc dulcem promi decet, dum et venia et spes est et paratus favor et audere non dedecet, et si quid desit operi, supplet aetas, et, si qua sunt dicta iuveniliter, pro indole accipiuntur, **4** ut totus ille [Ciceronis] pro Sexto Roscio locus: 'quid enim tam commune quam spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus eiectis?' quae cum sex et viginti natus annos summis audientium clamoribus dixerit, defervisse tempore et annis liquata iam senior idem fatetur. et hercule quantumlibet secreta studia contulerint, est tamen proprius quidam fori profectus, alia lux, alia veri discriminis facies, plusque, si separes, usus sine doctrina quam citra usum doctrina valeat. **5** ideoque nonnulli senes in schola facti stupent novitate, cum in iudicia venerunt, et omnia suis exercitationibus similia desiderant. at illic et iudex tacet et adversarius obstrepit et nihil temere dictum perit, et, si quid tibi ipse sumas, probandum est, et laboratam congestamque dierum ac noctium studio actionem aqua deficit, et omisso magna semper flandi tumore in quibusdam causis loquendum est, quod illi diserti minime sciunt. **6** itaque nonnullos reperias, qui sibi eloquentiores videantur, quam ut causas agant. ceterum illum, quem iuvenem tenerisque adhuc viribus nitentem in forum deduximus, et incipere quam maxime facili ac favorabili causa velim, ferarum ut catuli molliore praeda saginantur, et non utique ab hoc initio continuare operam et

las fuerzas exigidas); **3** por otro lado, tampoco se ha de prolongar hasta la ancianidad la época de aprendizaje; porque el miedo aumenta cada día, la tarea a la que hemos de atrevernos se hace siempre mayor y, mientras todavía estamos reflexionando cuándo se debe empezar, es ya tarde empezar. Por lo cual es conveniente que se ofrezca el fruto de los estudios cuando es fresco y todavía dulce, mientras todavía cabe la indulgencia, la esperanza, y la benevolencia es fácil y no parece mal el atrevimiento; y si el trabajo deja algo que desear, suple la edad y, si alguna cosa se dice con exceso de juvenil impulso, se toma como muestra de genialidad, **4** como todo aquel pasaje de Cicerón en su defensa de Sexto Roscio: *¿Pues qué cosa hay tan común que el aire para los vivientes, la tierra para los muertos, el mar a los que van a merced de las olas, la playa a los que fueron echados a sus orillas? (Pro Rosc. Amer.* 26, 720). El que así habló con grandes aplausos de los oyentes, el mismo, ya hombre de avanzada edad, confiesa haber perdido con el tiempo aquella fogosidad y estar reducida a nada con los años (cf. *Orat.* 30, 107). Y, ¡por Hércules!, aunque sea mucho lo que aporten los estudios hechos en la soledad, hay con todo una otra particular manera de progreso que ofrece el Foro, otra luz, otra imagen del verdadero peligro y, si se pueden separar ambas cosas, más puede la experiencia sin la ciencia, que la ciencia sin la experiencia. **5** Y por eso algunos, que han encanecido en la escuela, se quedan pasmados ante la novedad, cuando entran en los tribunales, y echan de menos todo cuanto debía parecerse a sus ejercicios escolares. Para contraria sorpresa, el juez está allí callado, el adversario alborota y ninguna palabra, dicha temerariamente, se pierde, y, si tú mismo te haces una afirmación, hay que probarla, y el discurso procesal, que has elaborado atiborrado de datos en el estudio de días y noches, fracasa con el agua (del reloj o clepsidra que marca el tiempo concedido para hablar); y en algunos casos hay que hablar dejando siempre a un lado la hinchazón de estar como resoplando grandilocuencia, cosa que aquellos elocuentes no saben. **6** Y así se pueden encontrar algunos, que se tienen por más elocuentes de lo que es preciso para defender causas procesales. Por lo demás, el orador, que siendo joven y todavía en el esplendor de sus tiernas fuerzas hemos conducido al Foro, quisiera yo que comience por un caso lo más fácil posible y favorable, igual que los cachorrillos de las fieras engordan con presa más blanda; y no debe en absoluto, después de este comienzo, continuar inmediatamente el tra-

ingenio adhuc alendo callum inducere, sed iam scientem, quid sit pugna et in quam rem studendum sit, refici atque renovari.
7 sic et tirocinii metum, dum facilius est audere, transierit, nec audendi facilitatem usque ad contemptum operis adduxerit. usus est hac ratione M. Tullius, et cum iam clarum meruisset inter patronos, qui tum erant, nomen, in Asiam navigavit seque et aliis sine dubio eloquentiae ac sapientiae magistris, sed praecipue tamen Apollonio Moloni, quem Romae quoque audierat, Rhodi rursus formandum ac velut recoquendum dedit. tum dignum operae pretium venit, cum inter se congruunt praecepta et experimenta.

bajo y *hacer salir un callo* a su talento, que todavía está necesitado de alimento, sino ahora que sabe qué es la lucha y a qué cosa debe dirigir su estudio y atención, se recupere y renueve sus fuerzas. 7 Así podrá superar el miedo del primer ensayo, mientras es más fácil osar alguna cosa, y que no lleve la facilidad de tales atrevimientos hasta hacerle menospreciar su propia tarea. Este procedimiento empleó Cicerón (cf. *Bruto* 90, 312 ss.), y cuando ya había alcanzado glorioso renombre entre los abogados, que entonces había, viajó en barco a Asia y se confió sin dudarlo a otros maestros de la elocuencia y de la sabiduría de la vida, pero en Rodas principalmente, no obstante lo anterior, de nuevo a Apolonio Molón —a quien también había escuchado en Roma—, para formarse y como *recalentarse* en fuego nuevo. Entonces se llega al galardón merecedor de anteriores esfuerzos, cuando se unen en perfecta armonía las enseñanzas del arte retórica y las experiencias personales.

VII

1 Cum satis in omne certamen virium fecerit, prima ei cura in suscipiendis causis erit: in quibus defendere quidem reos profecto quam facere vir bonus malet, non tamen ita nomen ipsum accusatoris horrebit, ut nullo neque publico neque privato duci possit officio, ut aliquem ad reddendam rationem vitae vocet. nam et leges ipsae nihil valeant nisi actoris idonea voce munitae, et si poenas scelerum expetere fas non est, prope est ut scelera ipsa permissa sint, et licentiam malis dari certe contra bonos est. 2 quare neque sociorum querelas nec amici vel propinqui necem nec erupturas in rem publicam conspirationes inultas patietur orator, non poenae nocentium cupidus, sed emendandi vitia

Capítulo VII

PRINCIPIOS NECESARIOS PARA ASUMIR PLEITOS

Es preferible ser abogado de la defensa que de la acusación.—Cuándo se debe asumir la tarea de acusación.—Ejemplos de oradores romanos.—¿Debe ser gratuita la labor del abogado?—Principales casos dignos de la actividad abogacial.—¿Se debe defender una causa injusta?—Las causas procesales de poca importancia.

1 Tan pronto como el orador hubiere conseguido fuerzas suficientes para toda clase de lucha forense, será su primera cautela el asumir causas procesales, en las que por cierto, como hombre honrado, preferirá defender en realidad a los inculpados más que hacer de abogado de la acusación; pero, con todo, no deberá temer aun ese mismo nombre de abogado acusador, de tal manera que pueda dejarse llevar por obligación alguna, ni pública ni privada, a citar a juicio a una persona para que rinda cuenta de su forma de vida. Porque hasta las mismas leyes en nada tendrían fuerza, si no tienen apoyo seguro en la voz competente del abogado de la acusación, y si no es lícito exigir castigo de delitos cometidos, entonces se está ya cerca de que estén permitidos aun los mismos delitos; y si se deja a los malos campar por sus respetos, con toda seguridad se está en contra de los buenos. **2** Por lo cual el orador no podrá tolerar que queden sin castigo las querellas de los aliados, ni el asesinato de un amigo ni de un pariente, ni las conspiraciones que se tramen contra la república, no porque se sienta deseoso del castigo de los culpables, sino con el objeto de que se eliminen los vicios y las costumbres mejoren. Porque los que con la razón

corrigendique mores. nam qui ratione traduci ad meliora non possunt, solo metu continentur. 3 itaque ut accusatoriam vitam vivere et ad deferendos reos praemio duci proximum latrocinio est, ita pestem intestinam propulsare cum propugnatoribus patriae comparandum. ideoque principes in re publica viri non detractaverunt hanc officii partem, creditique sunt etiam clari iuvenes opsidem rei publicae dare malorum civium accusationem, quia nec odisse improbos nec simultates provocare nisi ex fiducia bonae mentis videbantur. 4 idque cum ab Hortensio, Lucullis, Sulpicio, Cicerone, Caesare, plurimis aliis, tum ab utroque Catone factum est: quorum alter appellatus est sapiens, alter nisi creditur fuisse, vix scio cui reliquerit huius nominis locum. neque defendet omnis orator idem, portumque illum eloquentiae suae salutarem non etiam piratis patefaciet duceturque in advocationem maxime causa. 5 quoniam tamen omnis, qui non improbe litigabunt, quorum certe pars est, sustinere non potest unus, aliquid et commendantium personis dabit et ipsorum, qui iudicio decernent, ut optimi cuiusque voluntate moveatur: namque hos et amicissimos habebit vir bonus. 6 submovendum vero est utrumque ambitus genus vel potentibus contra humiles venditandi operam suam vel illud etiam iactantius minores utique contra dignitatem attollendi: non enim fortuna causas vel iustas vel improbas facit. neque vero pudor opstet, quo minus susceptam, cum melior videretur, litem, cognita inter discendum iniquitate, dimittat, cum prius litigatori dixerit verum. 7 nam et in hoc maximum, si aequi iudices sumus, beneficium est, ut non falla-

denominan en griego, *antherón).* **59** Con todo, en estas clases de estilo hay por lo general un especial fundamento: el primero parece cumplir la tarea de *enseñar,* el segundo la de *mover,* el tercero (según cuál de los dos nombres se dé a la tarea), *deleitar* o, como dicen otros, *ganar la voluntad;* en la tarea de *enseñar* (informar) la exigencia parece ser la *sagacidad,* en la de *ganarse las voluntades,* la *dulzura,* y en la de *mover* —los afectos y la acción—, la ardorosa *fuerza* de la palabra. Así pues, el método de *narrar* y *demostrar* se basará principalmente en el estilo *sencillo,* y lo que es esencial a su género tiene plena validez, aun cuando queden excluidas las demás excelencias estilísticas. **60** Éste, que calificamos como *medida intermedia,* será más rico en metáforas y más encantador por el empleo de figuras (de palabra y de sentido), ameno por sus digresiones, acertado en la unión de palabras, agradable por sus sentencias, pero, como un gran río, que se desliza más tranquilo y con brillante transparencia, mas entre riberas sombreadas a uno y otro lado por bosques verdeantes. **61** Por el contrario, aquella corriente (del discurso vehemente), que arrastra peñascos y *no quiere pasar bajo puente (En.* 8, 728), y se hace sus propias riberas, lleno y torrencial arrastrará consigo al juez, aun contra su resistencia y lo forzará a ir por donde lo llevará arrebatado. Este orador hasta levantará muertos como Apio Ciego (cf. Cic., *Pro Cael.* 14, 33), en este orador la patria misma alzará también su voz, y alguna vez dirigirá a él su palabra en el Senado, como a Cicerón en el discurso contra Catilina (1, 11, 27; tradición textual no clara). **62** Este orador elevará el discurso por medio de *amplificaciones* y se exaltará hasta la exageración (hipérbole): *¿Qué Caribdis tan voraz?,* y *El Océano mismo, a fe mía* (Cic., *Phil.* 2, 27, 67); porque estas *luces* del lenguaje son también conocidas de los amantes del estilo. Este orador casi hará bajar a los dioses a su trato y conversación: *¡Vosotros, sí, collados y bosques sagrados de Alba, vosotros, digo, derruidos altares de los albanos, compañeros y coetáneos de los ritos sagrados del pueblo romano! (Pro Mil.* 31, 85). Éste inspirará ira, éste misericordia; cuando éste hable, el juez quedará pálido (extasiado) y llorará y por medio de todos los movimientos de los afectos le seguirá a un lado y a otro, y no deseará más informaciones. **63** Por lo que si de estos tres estilos se hubiere que elegir necesariamente uno sólo, ¿quién dudará en anteponer este último a todos, y que es por lo demás el más poderoso y el más apropiado para cualquiera de los grandes procesos judiciales? **64** Porque también Homero dispensó a

tate et propriam (id enim est 'non deerrare verbis') et carentem supervacuis eloquentiam Menelao dedit, quae sunt virtutes generis illius primi, et ex ore Nestoris dixit 'dulciorem melle profluere sermonem', qua certe delectatione nihil fingi maius potest: sed summam expressurus [est] in Ulixe facundiam et magnitudinem illi vocis et vim orationis nivibus [et] copia verborum atque impetu parem tribuit. 65 'cum hoc' igitur 'nemo mortalium contendet, hunc ut deum homines intuebuntur'. hanc vim et celeritatem in Pericle miratur Eupolis, hanc fulminibus Aristophanes conparat, haec est vere dicendi facultas.

66 Sed neque his tribus quasi formis inclusa eloquentia est. nam ut inter gracile validumque tertium aliquid constitutum est, ita horum inter se valla sunt 67 atque inter haec ipsa mixtum quiddam ex duobus medium est, quoniam et subtili plenius aliquid atque subtilius et vehementi remissius atque vehementius invenitur, ut illud lene aut ascendet ad fortiora aut ad tenuiora summittitur. ac sic prope innumerabiles species repperiuntur, quae utique aliquo momento inter se differant: sicut quattuor ventos generaliter <a> totidem mundi cardinibus accepimus flare, cum interim plurimi medii et eorum varia nomina et quidam etiam regionum ac fluminum proprii deprehenduntur. 68 eademque musicis ratio est, qui cum in cithara quinque constituerunt sonos, plurima deinde varietate complent spatia illa nervorum, atque his, quos interposuerunt, inserunt alios, ut pauci illi transitus multos gradus habeant.

69 Plures igitur etiam eloquentiae facies, sed stultissimum quaerere, ad quam se recturus sit orator, cum omnis species, quae modo recta est, habeat usum, atque id ipsum non sit oratoris, quod vulgo genus dicendi vocant. utetur enim, ut res exiget,

Menelao una elocuencia, breve por cierto, acompañada de agrado y propia (del primer estilo) —es decir, que *no siga extraño camino de palabras* (cf. *Ilíada* 3, 313-315)—, y carente de adorno superfluo, que son excelencias de aquel primer estilo; también dijo que de la boca de Néstor *fluía un lenguaje más dulce que la miel (Ilíada* 1, 249), una expresión del gozo de la palabra, como no cabe imaginar otro mayor; pero para expresar la más alta elocuencia en Ulises le atribuyó tanto la magnitud de voz como la fuerza del discurso, comparable por la afluencia de palabras y su arrebato a las ventiscas nevadas de invierno. **65** Con éste, pues, no competirá ninguno de los mortales, a éste mirarán los hombres como a un dios *(Od.* 8, 173). Esta fuerza y arrebato admira Eupolis en Pericles (cf. *Comic. Att.* Frag. 94, d. Kock), ésta compara Aristófanes a los rayos (Acarn. 531), ésta es, en verdad, la fuerza de hablar en público.

66 Pero tampoco está la elocuencia incluida por entero en estas tres formas modélicas, por llamarlas así. Porque así como entre el estilo fino y el vehemente se ha asentado una forma intermedia, así hay diferentes grados de ellos, entre sí separados, **67** y entre estos mismos se forma, a su vez, de la mezcla de dos, otra forma intermedia, porque también se encuentra algo más completamente elaborado y más fino que lo fino, y algo menos vehemente y más vehemente que lo vehemente, igual que aquella forma suave ascenderá a momentos de más fuerza o bajará a un tono más delicado. Y así se pueden hallar casi innumerables especies que, en todo caso, se diferencian entre sí en algún matiz importante: así como hemos aprendido que soplan por lo general cuatro vientos de otros tantos puntos cardinales, cuando también se pueden percibir a veces muchísimos entremedio de ellos, a su vez con nombres varios, y algunos hasta propios de las regiones y característicos de los ríos. **68** La misma relación existe entre los músicos, que después de haber asegurado cinco tonos en la cítara, completan con muchísima variedad aquellos intervalos de las cuerdas, y entre estos tonos, que intercalaron primero, introducen otros (el llamado cromatismo), de modo que aquellos pocos pasos de cuerda a cuerda tengan numerosos matices.

69 Así pues, son también muchos los rostros de la elocuencia, pero sería suma necedad preguntar por cuál de ellos debe orientarse el orador, cuando cada clase tiene su utilidad, con tal que aparezca en el lugar debido, y que no depende precisamente del orador lo que comúnmente se llama su estilo propio. Por-

omnibus, nec pro causa modo, sed pro partibus causae. **70** nam ut non eodem modo pro reo capitis et in certamine hereditatis et de interdictis ac sponsionibus et de certa credita dicet, sententiarum quoque in senatu et contionum et privatorum consiliorum servabit discrimina, multa ex differentia personarum, locorum temporumque mutabit: ita in eadem oratione <aliter concitabit>, aliter conciliabit, non ex isdem haustibus iram et misericordiam petet, alias ad docendum, alias ad movendum adhibebit artis. **71** non unus color prooemii, narrationis, argumentorum, egressionis, perorationis servabitur. dicet idem graviter, severe, acriter vehementer, concitate, copiose, amare, idem comiter, remisse, subtiliter, blande, leniter, dulciter, breviter, urbane, non ubique similis, sed ubique par sibi. **72** sic fiet cum id, propter quod maxime repertus est usus orationis, ut dicat utiliter et ad efficiendum quod intendit potenter, tum laudem quoque, nec doctorum modo, sed etiam vulgi consequatur.

73 Falluntur enim plurimum, qui vitiosum et corruptum dicendi genus, quod aut verborum licentia exultat aut puerilibus sententiolis lascivit aut inmodico tumore turgescit aut inanibus locis bacchatur aut casuris, si leviter excutiantur, flosculis nitet aut praecipitia pro sublimibus habet aut specie libertatis insanit, magis existimant populare atque plausibile. **74** quod quidem placere multis nec infitior nec miror: est enim iocundi oris ac favorabilis qualiscumque eloquentia et ducit animos naturali volup-

que se servirá de todos, según exigiere el asunto, y no sólo según el caso que debe defender, sino considerando cada una de sus partes. **70** Porque así como no hablará del mismo modo en favor de un condenado a muerte, o en un litigio de herencia, de entredicho, de fianza con apuesta (formas de proceso civil, con apuesta por parte de los litigantes, cf. Libros 2, 10, 5 y 4, 11, 61) y de un litigio par causa de empréstito, y observará también las diferencias entre las decisiones tomadas en el Senado, de un discurso en las asambleas del pueblo, y de los informes jurídicos privados, y cambiará muchas según las características de personas, lugares y circunstancias temporales; así, en un mismo discurso, hablará de distinta manera cuando excitare los ánimos, de otras cuando recabará benevolencia, no extraerá de unas mismas fuentes la ira y la misericordia, y aplicará unos recursos del arte retórico para informar o enseñar y otros distintos para mover. **71** No se guardará un mismo colorido de estilo en el *Proemio*, en la Narración, en la Demostración, en la Digresión y en la Peroración o epílogo. Hablará un mismo orador con *gravedad, severidad, acrimonia, vehemencia, excitación, afluencia, aspereza*, también *cortésmente, serenamente, finamente, blandamente, suave, dulce, concisamente, con chispa*, no igual en todas partes, pero en todas partes fiel a sí mismo. **72** Así se obtendrá como resultado aquello por cuya causa se descubrió sobre todo el uso del discurso: para que el orador hable con utilidad, para lograr tanto lo que con todo empeño pretende, como también cosechar alabanza, y no sólo de los doctos, sino también de la muchedumbre.

73 Se engañan, en efecto, muchísimo los que creen que es más agradable al pueblo y arranca más aplausos un modo de hablar lleno de defectos y desfigurado, que se desata en exceso de palabras, o tiene su placer en sentenzuelas pueriles, o empieza a hincharse en ampulosidad desmesurada, o pierde la sensatez en 'lugares comunes' carentes de contenido, o resplandece de florecillas que se deshojarán si levemente se las toca, o tiene los precipicios por sublimidades, o bajo la apariencia de libertad se pierde en su locura. **74** Y ciertamente no niego ni me maravillo que guste a muchos todo esto; porque la elocuencia, como quiera sea ella, es gozo para los oídos (texto 'oris' = auribus, conjetura de Halm) y una distracción preferida, y todo discurso cautiva los corazones por un placer que por su propia naturaleza tiene, y por ninguna otra razón

tate vox omnis, neque aliunde illi per fora atque aggerem circuli. quo minus mirum est, quod nulli non agentium parata vulgi corona est. **75** ubi vero quid exquisitius dictum accidit auribus imperitorum, qualecumque id est, quod modo se ipsi posse desperent, habet admirationem, neque immerito: nam ne illud quidem facile est. sed evanescunt haec atque emoriuntur comparatione meliorum, ut lana tincta fuco citra purpuras placet: 'at si contuleris eam lacaenae, conspectu melioris obruatur', ut Ovidius ait. **76** si vero iudicium his corruptis acrius adhibeas ut fucinis sulphura, iam illum, quo fefellerant, exuant mentitum colorem et quadam vix enarrabili foeditate pallescant. lucent igitur haec citra solem et ut quaedam exigua animalia igniculi videntur in tenebris. denique mala multi probant, nemo improbat bona.

77 Neque vero omnia ista, de quibus locuti sumus, orator optime tantum, sed etiam facillime faciet. neque enim vim summam dicendi et os admiratione dignum infelix usque ad ultimum sollicitudo persequitur nec oratorem macerat et coquit aegre verba vertentem et perpendendis coagmentandisque eis intabescentem. **78** nitidus ille et sublimis et locuples circumfluentibus undique eloquentiae copiis imperat: desinit enim in adversa niti qui pervenit in summum. scandenti circa ima labor est, ceterum quantum processeris, mollior clivos ac laetius solum. **79** et si haec quoque iam lenius supina perseverantibus studiis evaseris, inde fructus inlaborati offerunt sese et omnia sponte proveniunt, quae tamen cotidie nisi decerpantur, arescunt. sed et copia habeat modum, sine quo nihil nec laudabile nec salutare est, et nitor ille cultum

se reúnen grupos de gente en las plazas de los mercados y en el Baluarte (punto de mucha concurrencia en Roma). Tanto menos de extrañar es que cualquiera que esté dando un discurso, no tenga dispuesto un corro de gente que lo esté escuchando. **75** Mas cuando alguna cosa más exquisita llega a los oídos de los ignorantes, sea lo que sea, si ellos desesperan en poder decirlo, les provoca su asombro, y no sin razón; porque tampoco aquello es ciertamente fácil. Pero estas cosas se desvanecen y extinguen en comparación de otras mejores, igual que la lana teñida de color rojo agrada si no se la compara con púrpura verdadera; mas si tú la comparas con la espartana (de color grana), queda anulada a la vista de lo mejor, como dice Ovidio (cf. Frag. 5, ed. Morel, de un poema perdido, quizá de su *Medea).* **76** Pero si analizas estas corrompidas artes con un juicio más severo, como se hace con las telas tintas en baño sulfuroso, pronto perderían su fingido color, con que habían inducido a engaño, y palidecerían con una fealdad indescriptible. Estas artes, pues, mantienen su brillo donde falta la luz del sol, así como algunos pequeños animales parecen lucecitas en la oscuridad. En definitiva, muchos aprueban lo malo, pero ninguno desaprueba lo bueno.

77 Pero todas estas cosas, de las que hemos hablado, el orador no sólo las dirá muy bien, sino también con muchísima facilidad. Porque ni asciende al más alto poder de su discurso y a un lenguaje digno de admiración, la timidez estéril que llega hasta su último esfuerzo, ni atormenta y abrasa al orador obligado a dar vueltas con dificultad a sus palabras y a consumirse en ponderarlas y unirlas. **78** El orador, brillante, elevado y rico en recursos, manda en la plenitud de fuerzas de la elocuencia, que de todos lados acuden en torno suyo; porque deja de luchar con los obstáculos quien ha llegado a la cumbre. El esfuerzo, para quien sube, está en los trechos más bajos del camino; mas a medida que avanzas, se hace más suave el repecho y más favorable el terreno. **79** Y si tú has logrado también pasar ya los altos lugares, que con más suavidad conducen a la cumbre, por medio de infatigables estudios, de allí se ofrecen los frutos por sí mismos y espontáneamente se presentan todas las posibilidades, que se secan, sin embargo, si no se recogen cada día. Pero también la abundancia tiene su medida, sin la cual nada hay digno de alabanza ni provechoso, y aquel fulgor de las palabras —sin medida— carece de elegancia viril, y de buen discernimiento la capa-

virilem et inventio iudicium. **80** sic erunt magna, non nimia, sublimia, non abrupta, fortia, non temeraria, severa, non tristia, gravia, non tarda, laeta, non luxuriosa, iocunda, non dissoluta, grandia, non tumida. similis in ceteris ratio est ac tutissima fere per medium via, quia utriusque ultimum vitium est.

cidad inventiva. **80** Así surgirán cosas grandes, no en exceso grandes; sublimes, no escarpadas; fuertes, no temerarias; serias, no tristes; graves, no pesadas; fecundas, sin ser superfluas; jocundas, no desenfrenadas; magníficas, no hinchadas. Parecida es esta relación en las demás excelencias de la oratoria, y por lo general la vía más segura es la vía media, porque los extremos, de uno y otro lado, son errores.

XI

1 His dicendi virtutibus usus orator in iudiciis, consiliis, contionibus, senatu, in omni denique officio boni civis finem quoque dignum et optimo viro et opere sanctissimo faciet, non quia prodesse umquam satis sit et illa mente atque illa facultate praedito non optandum operis pulcherrimi quam longissimum tempus, sed quia decet hoc quoque prospicere, ne quid peius, quam fecerit, faciat. **2** neque enim scientia modo constat orator, quae augetur annis, sed voce, latere, firmitate: quibus fractis aut inminutis aetate seu valetudine cavendum est, ne quid in oratore summo desideretur, ne intersistat fatigatus, ne quae dicet parum audiri sentiat, ne se quaerat priorem. **3** vidi ego longe omnium, quos mihi cognoscere contigit, summum oratorem Domitium Afrum valde senem cotidie aliquid ex ea, quam meruerat auctoritate perdentem, cum agente illo, quem principem fuisse quon-

CAPÍTULO XI

FINAL DE LA ACTIVIDAD ORATORIA

Cesar a tiempo.—Posterior actividad docente.—Declaración de Quintiliano.—La voluntad, palanca de la virtud.—Sabio manejo del tiempo.—Su oportunidad para aprender.—Ejemplos de la vida intelectual.—Invitación final al estudio y práctica de la elocuencia.

1 Después que el orador haya hecho uso de estas excelencias del estilo ante los tribunales, en los consejos, en las Asambleas del pueblo, en el Senado y, por último, en toda obligación propia de un buen ciudadano, pondrá fin a la actividad que mereció ser digna de un varón muy honorable y de una ocupación sacratísima, no porque alguna vez se crea ya cumplidamente terminado el servicio provechoso a los demás, y un hombre dotado de esta mentalidad y capacidad no hubiese de desear el mayor tiempo posible en el ejercicio de esta labor hermosísima, sino porque conviene prever también el no hacer cosa inferior a cuantas hubo hecho. **2** Porque el mérito del orador no se basa solamente en su sabiduría, que se aumenta con los años, sino en su voz, en su pulmón, en su robustez; quebrantadas o debilitadas estas fuerzas por la edad o la enfermedad, hay que estar sobre aviso para que no se eche nada de menos en un orador de altísimo rendimiento, para no quedar bruscamente parado por agotamiento, para no advertir que se oye poco lo que deberá decir, y que no podrá buscar en sí al hombre que fue en tiempos pasados. **3** Yo mismo he visto que el orador más importante, sin rival entre todos los que tuve la suerte de conocer, Domicio Afro (maestro de Quintiliano, cf. Libro 10, 1, 118) iba en su avanzada edad perdiendo cada día algo de aquella autoridad, que se había ganado, cuando al hablar en público aquel

darn fori non erat dubium, alii, quod indignum videatur, riderent, alii erubescerent: quae occasio *[illo] fuit dicendi, malle eum deficere quam desinere.* **4** neque erant illa qualiacumque mala, sed minora. quare antequam in has aetatis veniat insidias, receptui canet et in portum integra nave perveniet. neque enim minores eum, cum id fecerit, studiorum fructus prosequentur. aut ille monumenta rerum posteris aut, ut L. Crassus [aut] in libris Ciceronis destinat, iura quaerentibus reddet aut eloquentiae componet artem aut pulcherrimis vitae praeceptis dignum os dabit. **5** frequentabunt vero eius domum optimi iuvenes more veterum et vere dicendi viam velut ex oraculo petent. hos ille formabit quasi eloquentiae parens, et ut vetus gubernator litora et portus et quae tempestatium signa, quid secundis flatibus, quid adversis ratio poscat, docebit, non humanitatis solum communi ductus officio, sed amore quodam operis: nemo enim minui velit id, in quo maximus fuit. **6** quid porro est honestius quam docere quod optime scias? sic ad se Caelium deductum a patre Cicero profitetur, sic Pansam, Hirtium, Dolabellam in morem praeceptoris exercuit cotidie dicens audiensque. **7** ac nescio an eum tunc beatissimum credi oporteat fore, cum iam secretus et consecratus, liber invidia, procul contentionibus famam in tuto conlocarit et sentiet vivus eam, quae post fata praestari magis solet, venerationem et, quid apud posteros futurus sit, videbit.

que en otro tiempo era sin duda 'el señor del Foro', unos se reían, por indigno que esto parezca, otros se ponían rojos de vergüenza; esto dio ocasión a que de él se dijera: *Afro prefiere fracasar antes que renunciar.* 4 Y cualesquiera de aquellas intervenciones suyas no eran malas, sino inferiores. Por lo cual antes de venir a dar en estas trampas de la edad, el orador *tocará retreta* y *entrará en el puerto* con bajel sin daño. Porque después de haber tomado esta decisión, le acompañarán los frutos de no menos valor, recogidos de sus estudios. O escribirá sus recuerdos para la posteridad o, como L. Craso señala en las obras de Cicerón (*De orat.* 1, 42, 190), dará consejos a los que buscan asesoramiento jurídico, o compondrá un Manual sobre el arte de la elocuencia, o pondrá su digna palabra al servicio de las más nobles enseñanzas para la vida. 5 Frecuentarán sin duda alguna su casa los jóvenes más selectos, siguiendo la costumbre de los antiguos, y en él buscarán como de un oráculo la guía del verdadero arte de hablar. A éstos formará él como un padre de su elocuencia, y como un viejo timonel les informará sobre litorales y puertos y previsiones de tempestades, qué reclama la norma del arte cuando soplan vientos favorables, qué con vientos contrarios, no guiado solamente por el común sentimiento de una obligación, propio del ser humano (igual idea en 12, 9, 11), sino por un cierto amor a su trabajo; porque ninguno quisiera ver menoscabada aquella facultad en la que fue una vez el más sobresaliente. 6 ¿Pues qué hay en realidad más honroso que enseñar lo que uno mejor conoce? Así, confiesa Cicerón, fue Celio encomendado a él por su padre (*Pro Cael.* 4, 10); así, a la manera de un maestro, entrenó a Pansa (cónsul colega de Hirtio, muerto a consecuencia de sus heridas en la batalla de Mútina, hoy Módena, contra Antonio el año 43, año del nacimiento de Ovidio), a Hirtio (compuso el Libro VIII, continuación de *La Guerra de las Galias,* de Julio César), a Dolabela (yerno de Cicerón), declamando diariamente ante ellos y a su vez escuchándolos (cf. Libro 8, 3, 54, y Cic., *Ad famil.* 9, 16). 7 Y no sé si el orador deberá tenerse por el hombre más feliz en ese tiempo venidero, cuando apartado ya de la gente, y digno de un sagrado respeto, haya asegurado su fama, libre de la envidia y lejos de las rivalidades del foro; y experimentará en vida aquella veneración, que más bien suele tributarse después de la muerte, y él mismo verá cuál será su importancia entre los oradores de la posteridad.

8 Conscius sum mihi, quantum mediocritate valui, quaeque antea scierim quaeque operis huiusce gratia potuerim inquirere, candide me atque simpliciter in notitiam eorum, si qui forte cognoscere voluissent, protulisse. atque id viro bono satis est, docuisse quod scierit. **9** vereor tamen, ne aut magna nimium videar exigere, qui eundem virum bonum esse et dicendi peritum velim, aut multa, qui tot artibus in pueritia discendis morum quoque praecepta et scientiam iuris civilis praeter ea, quae de eloquentia tradebantur, adiecerim, quique haec operi nostro necessaria esse crediderint, velut moram rei perhorrescant et desperent ante experimentum. **10** qui primum renuntient sibi, quanta sit humani ingeni vis, quam potens efficiendi quae velit, cum maria transire, siderum cursus numerosque cognoscere, mundum ipsum paene dimetiri minores sed difficiliores artes potuerint. tum cogitent, quantam rem petant quamque nullus sit hoc proposito praemio labor recusandus. **11** quod si mente conceperint, huic quoque parti facilius accedent, ut ipsum iter neque inpervium neque saltem durum putent. nam id, quod prius quodque maius est, ut boni viri simus, voluntate maxime constat: quam qui vera fide induerit, facile easdem, quae virtutem docent, artis accipiet. **12** neque enim aut tam perplexa aut tam numerosa sunt, quae praemuniuntur, ut non paucorum admodum annorum intentione discantur. longam eam facit operam, quod repugnamus: brevis est institutio vitae honestae beataeque, si credas; natura enim nos ad mentem optimam genuit,

8 Tengo segura conciencia, en cuanto me fue posible dentro de mis débiles fuerzas, que todos mis conocimientos anteriores y los que he podido adquirir por amor a esta obra mía, los he dado a la publicidad con sinceridad y sencillez para la formación de aquellos, que tal vez hayan tenido el deseo de conocerlos. Y para un hombre honrado es satisfacción cumplida el haber enseñado lo que sabía. **9** Me temo, sin embargo, no sea que haga yo impresión o de exigir cosas *demasiado* grandes, cuando soy yo el que quiero que el orador sea un *hombre honrado y que sabe hablar,* o *muchas* en número, si a tantas materias, que han de aprenderse en la niñez, he añadido también preceptos morales y la ciencia del Derecho Civil, además de aquellas enseñanzas que sobre la elocuencia se venían trasmitiendo, y que aquellos, que hayan creído ser necesarias estas materias para nuestra tarea, se aparten de ellas como si se tratara de un obstáculo y pierdan la esperanza de dominarlas antes de haberlo intentado. **10** Quienes dudan de ello, reflexionen primero en su intimidad cuán grande es la fuerza del espíritu humano, cuán poderoso para realizar lo que él quiera, cuando técnicas de menos importancia, pero más difíciles, han hecho posible cruzar los mares, conocer las órbitas y computaciones matemáticas de los astros y casi medir hasta el mismo Universo. Tengan entonces presente cuán grande es el objeto que alcanzar pretenden, y cómo para llegar a esta prometida recompensa no se debe ahorrar esfuerzo alguno. **11** Y una vez que le hayan dado cabida en su espíritu, se acercarán también con mayor facilidad a este mi punto de vista, de modo que no consideren en sí mismo intransitable este camino (hacia la perfecta elocuencia), ni por lo menos tan áspero. Pues la meta, que está antes de otra cualquiera y la más importante para que seamos hombres de bien, tiene su fundamento sobre todo en la voluntad; quien de ella se revistiere con verdadera convicción, fácilmente aceptará también esas mismas normas de la Ética, que enseñan la virtud. **12** Porque las reglas, que como medidas de seguridad se toman, ni son tan complicadas ni tantas en número, que no puedan aprenderse en una acrecentada ocupación de muy pocos años. Largo hace este trabajo la resistencia que a él ofrecemos. Breve es la formación de una vida honrada e interiormente feliz, si confías (en la naturaleza); porque la naturaleza nos ha engendrado para el mejor modo de pensar (doctrina estoica, cf. Libro 1, *Proemio* n.º 26); y a los voluntariosos les es tan fácil aprender lo mejor, que a quien

adeoque discere meliora volentibus promptum est, ut vere intuenti mirum sit illud magis, malos esse tam multos. **13** nam ut aqua piscibus, ut sicca terrenis, circumfusus nobis spiritus volucribus convenit, ita certe facilius esse oportebat secundum naturam quam contra eam vivere. cetera vero, etiam si aetatem nostram non spatio senectutis, sed tempore adulescentiae metiamur, abunde multos ad discendum annos habent: omnia enim breviora reddet ordo et ratio et modus. **14** sed culpa est in praeceptoribus prima, qui libenter detinent quos occupaverunt, partim cupiditate diutius exigendi mercedulas, partim ambitione, quo difficilius <videatur esse> quod pollicentur, partim etiam inscientia tradendi vel neglegentia. proxima in nobis, qui morari in eo, quod novimus, quam discere quae nondum scimus melius putamus. **15** nam ut de nostris potissimum studiis dicam, quid attinet tam multis annis, quam in more est plurimorum, ut de his, a quibus magna in hoc pars aetatis absumitur, taceam, declamitare in schola et tantum laboris in rebus falsis consumere, cum satis sit modico tempore imaginem veri discriminis et dicendi leges comperisse? **16** quod non eo dico, quia sit umquam omittenda dicendi exercitatio, sed quia non in una sit eius specie consenescendum. cognoscere et praecepta vivendi perdiscere et in foro nos experiri potuimus, dum scholastici sumus. discendi ratio talis, ut non multos <poscat> annos. quaelibet enim ex his artibus, quarum habui mentionem, in paucos libros contrahi solet, adeo non est infinito spatio ad traditionem opus. reliqua est <exercitatio>, quae vires cito facit, cum fecit, tuetur. **17** rerum cognitio cotidie crescit, et tamen quam multorum ad eam libro-

considera verdaderamente las cosas le resulta mucho más sorprendente que sean tantos los hombres malos. **13** Pues así como el agua es el elemento conveniente a los peces, la tierra a los animales del campo, y a las aves el aire, que nos envuelve, así debería ser en todo caso más fácil vivir según la naturaleza que contra ella. Mas todas las demás cosas (tocantes a nuestro proyecto docente) —aunque no midamos nuestra vida (de trabajo) hasta incluir en ella el espacio de la ancianidad, sino por el tiempo de nuestra juventud—, todavía cuentan con muchísimos años para ser aprendidas: porque el orden, el método y el sentido de la mesura lo hará todo más breve. **14** Pero contra esto hay una primera culpa en los maestros, que de buen grado retienen a los alumnos, a quienes tienen como secuestrados, en parte por la codicia de sacarles unos menguados honorarios durante el mayor tiempo posible, en parte por ambición para que parezca ser más difícil lo que ellos prometen, en parte también por ignorancia o falta de atención en la enseñanza (recuérdese también este reproche en el proemio del autor de la Retórica a Herennio). La segunda culpa recae sobre nosotros, que tenemos por mejor el detenernos en lo que conocemos que aprender lo que todavía no sabemos. **15** Porque para hablar principalmente de nuestros propios estudios, ¿de qué sirve pasar tantos años, como es la costumbre de muchísimos —por no decir cosa alguna de quienes en esto consumen gran parte de su vida—, entre ejercicios de declamación en la Escuela de Retórica y gastar tan gran esfuerzo en cosas ficticias, cuando en poco tiempo basta con haber adquirido la idea de lo que es un verdadero *proceso judicial* y aprendido las reglas de la elocuencia? **16** Y no digo esto con la intención de que se suprima en absoluto el ejercicio de oratoria, sino porque no se debe encanecer en esta única forma de entrenamiento. Pudimos obtener conocimientos (jurídicos) y aprender las normas de la convivencia (la Ética), y hacer nuestras experiencias en el Foro, mientras todavía frecuentamos la Escuela de Retórica. El método de aprender ha de ser de tal naturaleza, que no exija muchos años. Porque cualquiera de estas disciplinas, de las que hasta ahora hice mención, se resume por lo general en unos pocos libros, de suerte que no es necesario un espacio de tiempo interminable para explicarlos. El resto es ejercicio que agiliza pronto nuestras fuerzas y, si ha conseguido esto, las mantiene. **17** El conocimiento de las cosas aumenta cada día (con la práctica) y, sin embargo, cuán necesa-

rum necessaria lectio est, quibus aut rerum exempla ab historicis aut dicendi ab oratoribus petuntur, philosophomm quoque consultorumque opiniones, si utilia velimus legere, non quod <ne fieri> quidem potest, omnia. **18** sed breve nobis tempus nos fecimus: quantulum enim studiis partimur? alias horas vanus salutandi labor, alias datum fabulis otium, alias spectacula, alias convivia trahunt. adice tot genera ludendi et insanam corporis curam, peregrinationes, rura, calculorum anxiam sollicitudinem, invitamenta libidinum et vinum et flagrantibus omni genere voluptatum animis ne ea quidem tempora idonea, quae supersunt. **19** quae si omnia studiis inpenderentur, iam nobis longa aetas et abunde satis ad discendum spatii videretur vel diurna tantum computantibus tempora, ut nihil noctes, quarum bona pars omni somno longior est, adiuvarent. nunc computamus annos, non quibus studuimus, sed quibus viximus. **20** nec vero si geometrae <et musici> et grammatici ceterarumque artium professores omnem suam vitam, quamlibet longa fuerit, in singulis artibus consumpserunt, sequitur ut pluris quasdam vitas ad plura discenda desideremus. neque enim illi didicerunt haec usque in senectutem, sed ea sola didicisse contenti fuerunt ac tot annos non in percipiendo exhauserunt <sed in praecipiendo>.

21 Ceterum, ut de Homero taceam, in quo nullius non artis aut opera perfecta aut certe non dubia vestigia reperiuntur, ut Eleum Hippiam transeam <qui non>, liberalium modo disciplinarum prae se scientiam tulit, sed vestem et anulum crepidasque, quae omnia manu sua fecerat, in usu habuit, atque ita se praepa-

ria es para el conocimiento la lectura de muchas obras, de las que se sacan ejemplos de la realidad en los historiadores y del arte de hablar en los oradores, así como conceptos de filósofos y jurisconsultos, si queremos leer obras llenas de utilidad, llegado el caso todas, cosa que no es posible. **18** Pero somos nosotros los que nos acortamos el tiempo; porque ¡cuán pequeña es la parte que a nuestros estudios dedicamos! Unas horas nos quita el inútil afán de presentar nuestros respetos (alusión a los obligados saludos matinales y visitas de cortesía de los clientes a sus protectores), otras el tiempo dedicado al teatro, otras los espectáculos (en el Anfiteatro y en el Circo), otras los banquetes. Añádase a esto tantas clases de juegos y la irracional ocupación en el cuidado del cuerpo, viajes a tierras extranjeras, estancias en casas de campo, la angustiosa desazón con los libros de cuentas, las seducciones de los placeres, el vino y, cuando los corazones se hallan abrasados en todo género de voluptuosidades, ese tiempo restante, si es que alguno queda, ya no es suficiente para el estudio. **19** Si todo este tiempo se empleara en los estudios, nos parecería ya larga la vida, y más que de sobra la duración de horas para aprender, aun contando solamente con los momentos del día, como si las noches, de las que una buena parte es más larga que todo el sueño, nada tuviesen ya que ofrecer en nuestra ayuda. Al presente contamos los años, no por los que hemos dedicado al estudio, sino por los que hemos vivido. **20** Pero por el hecho de que los geómetras y los músicos, los maestros de gramática (hoy filólogos) y los profesores de las demás artes emplearan toda su vida, por larga que haya podido ser, en cada una de sus ciencias respectivas, no se infiere de ahí que necesitemos nosotros como de muchas vidas para aprender muchas artes. Porque tampoco aprendieron ellos estas artes hasta la vejez, sino que se dieron por satisfechos con haber aprendido esas solas, y no gastaron tantos años en hacerlas suyas, sino en darlas a conocer a otros.

21 Por lo demás, para no hablar de Homero, en quien si no se encuentran obras perfectas de toda clase de arte, más sí en todo caso sus huellas seguras, y para recordar sólo de paso a Hipias (de Elide, a quien Platón dedicó dos de sus diálogos, Grande y Pequeño), que no sólo hizo ostentación de su conocimiento de las artes nobles (Gramática, Retórica, Dialéctica), sino que solía usar vestido, anillo y calzado que él mismo confeccionaba por entero con sus propias manos (como muestra de su

ravit, ne cuius alterius ope egeret: inlusisse tot <malis>, quot summa senectus habet, universae Graeciae credimus Gorgiam, qui quaerere auditores, de quo quisque vellet, iubebat. **22** quae tandem ars digna litteris Platoni defuit? quot saeculis Aristoteles didicit, ut non solum, quae ad philosophos atque oratores pertinent, scientia complecteretur, sed animalium satorumque naturas omnis perquireret! illis haec invenienda fuerunt, nobis cognoscenda sunt. tot nos praeceptoribus, tot exemplis instruxit antiquitas, ut possit videri nulla sorte nascendi aetas felicior quam nostra, cui docendae priores elaborarunt. **23** Marcus igitur Cato, idem summus imperator, idem sapiens, idem orator, idem historiae conditor, idem iuris, idem rerum rusticarum peritissimus [fuit] inter tot operas militiae, tantas domi contentiones rudi saeculo litteras Graecas aetate iam declinata didicit, ut esset hominibus documento, ea quoque percipi posse, quae senes concupissent. **24** quam multa, paene omnia tradidit Varro! quod instrumentum dicendi M. Tullio defuit? quid plura? cum etiam Cornelius Celsus, mediocri vir ingenio, non solum de his omnibus conscripserit artibus, sed amplius rei militaris et rusticae et medicinae praecepta reliquerit, dignus vel ipso proposito, ut eum scisse omnia illa credamus.

25 At perficere tantum opus arduum, et nemo perfecit. ante omnia sufficit ad exhortationem studiorum capere id rerum naturam, alioqui, quicquid non est factum, ne fieri quidem posset, cum omnia, quae magna sunt atque admirabilia, tempus aliquod, quo primum efficerentur, habuissent: **26** nam et poesis ab

independencia), y así se aprestó a no tener necesidad de cualquier otra persona, damos crédito al testimonio general de Grecia de cómo Gorgias, que mandaba a sus oyentes le preguntaran lo que cada uno quisiera, se mofó de tantos males cuantos lleva consigo la más avanzada ancianidad (según la tradición vivió más de cien años). **22** ¿Qué arte, en fin, digna de las ciencias, le faltó a Platón? ¿Durante cuántos aprendió Aristóteles, para abarcar en su ciencia no sólo las que tienen que ver con los filósofos y los oradores (cf. su *Retórica)*, sino todos los modos de ser o naturalezas de los animales y de las plantas? Ellos tuvieron que descubrir estas ciencias, nosotros sólo tenemos que aprenderlas. La antigüedad nos ha provisto de tantos maestros, de tantos ejemplos, para que ninguna edad pueda parecer en la hora de su nacimiento más feliz que la nuestra, para cuya enseñanza han trabajado sin descanso los tiempos anteriores. **23** Así pues, Marco Catón, a un mismo tiempo excelso general, también hombre sabio, también orador, también fundador de la historiografía de Roma, que fue el más profundo conocedor del Derecho y de la agricultura, dentro de tan numerosas campañas militares, en medio de tan grandes luchas políticas en su ciudad, propias de un siglo lleno de dureza, aprendió la cultura griega cuando su edad iba ya camino de acabamiento, para dar a los hombres ejemplo de que también en la vejez se pueden aprender las cosas, que aun siendo ancianos se hubieren apetecido. **24** ¡Cuántas ciencias, casi toda clase de conocimientos ha trasmitido Varrón! (el hombre de mayor erudición y el más fecundo escritor de Roma, 116-27 a. d. C.). ¿Qué recurso de lenguaje le faltó a Cicerón? Pero ¿a qué tantas palabras? Ya que hasta Cornelio Celso (cf. Libro 10, 1, 124, fuente literaria importante para Quintiliano, a pesar de sus críticas), hombre de mediano talento, no sólo escribió acerca de todas estas artes, sino que nos dejó todavía más instrucciones sobre estrategia militar, sobre agricultura y medicina, digno, hasta por su mismo tesón en el trabajo, de que le creamos haber dominado todas aquellas ciencias.

25 Pero difícil cosa es llevar a la suma perfección una obra de gran envergadura, y ninguno lo ha conseguido. Basta ante todo, como exhortación al estudio, que la naturaleza de las cosas lo permita; de lo contrario, todo cuanto hasta ahora no se ha hecho, jamás podría hacerse, cuando todas las cosas, que son grandes y dignas de admiración, tuvieron necesidad de algún tiempo, para que por vez primera llegaran a tener realidad; **26** porque tanto la

Homero et Vergilio tantum fastigium accepit et eloquentia a Demosthene atque Cicerone, denique, quicquid est optimum, ante non fuerat. verum etiam si quis summa desperet (quod cur faciat, cui ingenium, valetudo, facultas, praeceptores non deerunt?), tamen est, ut Cicero ait, pulchrum 'in secundis tertiisque consistere'. **27** neque enim, si quis Achillis gloriam in rebus bellicis consequi non potest, Aiacis aut Diomedis laudem aspernabitur nec, qui Homeri non fuerunt <non fuerunt> Tyrtaei. quin immo si hanc cogitationem homines habuissent, ut nemo se meliorem fore eo, qui optimus fuisset, arbitraretur, hi ipsi, qui sunt optimi, non fuissent, neque post Lucretium ac Macrum Vergilius nec post Crassum et Hortensium Cicero, sed nec illi, qui post eos fuerunt. **28** verum ut transeundi spes non sit, magna tamen est dignitas subsequendi. an Pollio et Messala, qui iam Cicerone arcem tenente eloquentiae agere coeperunt, parum in vita dignitatis habuerunt, parum ad posteros gloriae tradiderunt? alioquin pessime de rebus humanis perductae in summum artes mererentur, si quod optimum <idem ultimum>, fuisset. **29** adde quod magnos modica quoque eloquentia parit fructus, ac si quis haec studia utilitate sola metiatur, paene illi perfectae par est. neque erat difficile vel veteribus vel novis exemplis palam facere, non aliunde maiores opes, honores, amicitias, laudem praesentem, futuram hominibus contigisse: nisi indignum litteris esset ab opere pulcherrimo, cuius tractatus atque ipsa possessio plenissimam studiis gratiam refert, hanc minorem exigere mercedem, more eorum, qui a se non virtutes, sed voluptatem, quae fit ex virtutibus, peti dicunt. **30** ipsam igitur orandi maiestatem, qua nihil di immortales melius homini dederunt et qua remota muta sunt omnia et luce praesenti ac memoria posteritatis carent, toto


poesía alcanzó tan alta cumbre desde Homero y Virgilio, como la elocuencia con Demóstenes y Cicerón, dicho brevemente, todo lo que hoy es lo mejor, no lo había sido antes. Pero aun en el caso de que alguno no tenga esperanza de llegar a la cumbre —(mas ¿por qué razón no la debería tener realmente aquel a quien no le falta talento, salud, capacidad y maestros?)—, es *algo hermoso*, sin embargo, como dice Cicerón, *hallar un puesto entre los segundos o terceros (Orat.* 1, 4). **27** Porque si alguien no puede alcanzar la gloria de Aquiles en heroicas acciones de guerra, no despreciará por eso la alabanza que un Ayax y un Diomedes merecen, y quienes no fueron unos Homeros, no dejaron de ser unos Tirteos. Más aún, si los hombres hubiesen tenido siempre este pensamiento de que nadie podrá ser mejor que aquél otro, que antes ha sido el óptimo, deberían juzgar que estos mismos, que son ahora los óptimos, no lo habrían sido nunca, ni después de Lucrecio y Macro habría un Virgilio, ni después de Craso y Hortensio un Cicerón, mas tampoco los que después de ellos han sido. **28** Pero aunque no haya esperanza de sobrepasarlos, es grande dignidad, con todo, seguir inmediatamente tras ellos. ¿Acaso Polión y Mesala, que comenzaron a actuar en el Foro cuando Cicerón ocupaba ya la atalaya de la elocuencia, gozaron de poca estimación en vida y dejaron menguada gloria de sí a los tiempos futuros? De lo contrario, las artes (y ciencias), llegadas a su perfección suma, habrían hecho un pésimo servicio a las necesidades humanas, si lo tenido por óptimo hubiese sido al mismo tiempo lo último. **29** Añádase a lo dicho que también una mediana elocuencia da sus frutos grandes, y si se valorasen estos estudios por sola su utilidad, casi por esta misma sería comparable a aquella otra elocuencia perfecta. Y no sería difícil poner de manifiesto, sea con ejemplos antiguos o modernos, que no hay otra fuente de donde hayan manado a los hombres mayores poderes, honores, amistades, alabanza en la actualidad y fama para tiempos venideros; si no fuese indigno de la ciencia el esperar esta menor recompensa de una nobilísima actividad —cuyo cumplimiento y posesión dispensa por sí misma plenísimo agradecimiento al cultivo de las letras—, al estilo de quienes dicen no aspirar a la adquisición de las virtudes, sino al placer, que de las virtudes dimana. **30** Aspiremos, pues, nosotros con toda el alma a lograr la majestad en sí de la oratoria, ya que nada mejor que ella dispensaron al hombre los dioses inmortales, y con cuya desaparición quedan sin habla todas las cosas y pierden el fulgor de su luz en el presente y su recuerdo en la posteridad, y

animo petamus nitamurque semper ad optima, quod facientes aut evademus in summum aut certe multos infra nos videbimus.


31 Haec erant, Marcelle Vitori, quibus praecepta dicendi pro virili parte adiuvari posse per nos videbantur, quorum cognitio studiosis iuvenibus si non magnam utilitatem adferet, at certe, quod magis petimus, bonam voluntatem.

esforcémonos siempre con todo empeño hacia lo mejor, porque, si así hacemos, o subiremos a la cumbre o en todo caso veremos a muchos debajo de nosotros.

31 Éstas eran las explicaciones, Marcelo Vitorio, con las que, a mi parecer, podían promoverse a través de nuestra labor las enseñanzas del arte de hablar; si su conocimiento no aportare a los jóvenes, que las estudien, gran utilidad práctica, mas sí ciertamente aquello que más nos importa: la voluntad de dirigirse hacia el Bien.




VNIVERSIDAD
PONTIFICIA


EX LIBRIS ARMAUIRUMQUE

INDEX TOMUS CUARTUS

LIBER DECIMUS

LIBER UNDECIMUS

LIBER DUODECIMUS

ÍNDICE TOMO CUARTO

LIBRO DÉCIMO

LIBRO UNDÉCIMO

LIBRO DUODÉCIMO